MVSEI ETRVSCI

VOLVMEN I.

TABVLAS CC. EXHIBENS.

MVSEVM ETRVSCVM

EXHIBENS INSIGNIA

VETERVM ETRVSCORVM

MONVMENTA

AEREIS TABVLIS CC. NVNC PRIMVM
EDITA ET ILLVSTRATA

OBSERVATIONIBVS

ANTONII FRANCISCI GORII

PVBLICI HISTORIARVM PROFESSORIS.

VOLVMEN PRIMVM.



FLORENTIAE. ANNO. CIↃ.IↃ.CC.XXXVII.

IN AEDIBVS AVCTORIS REGIO PERMISSV EXCVDIT
CAIETANVS ALBIZINIVS TYPOGRAPHVS.



Io·Dom· Ferretij inv·et del· *Carol· Gregorij Sculp·*



ILLVSTRISSIMO VIRO

IOSEPHO AVERANIO

I. C. FLORENTINO

IN PISANA ACADEMIA ANTECESSORI MERITISSIMO

ANT. FRANCISCVS GORIVS D. D.



IRVM praeſtanti litterarum ſcientia inſignem, editis ingenii monimentis toto orbe celeberrimum atque immortalem, quum initio huius operis laudabili conſilio deligendum eſſe intelligerem, qui mihi contra malevolos praeſidio, meiſque lucubrationibus ornamento quam maximo eſſet; in te ſtatim,

VIR

VIR SAPIENTISSIME, mentis oculos defixi: teque unum, quem ſemper colui ac vehementer ſuſpexi, flagrantibus votis expetendum, reliquiſque omnibus anteferendum cenſui; cui tamquam ſalutari Genio optimarum artium, & faventi cuidam Deo, hoc meo minuto thure tenuique corona litarem.

Nemo eſt qui neſciat, te aetatem in ſtudiis graviſſimis qua meditando, qua ſcribendo docendoque abſumſiſſe: te iuvenili adhuc aetate, ſenili tamen conſilio exquiſitaque doctrina florentem, quum in celeberrimo Piſano Athenaeo Iuris Civilis interpretandi munus honorificentiſſime conſecutus eſſes, a COSMO III. ſapientiſſimo Etruſcorum Rege, electum Praeceptorem IOANNIS GASTONIS filii ſui, Principis celſiſſimi, & ſingulari ingenio, mirificaque ad virtutes omnes atque doctrinas indole praediti, Iuſtitia & Clementia auſpice nunc feliciter regnantis, quem Iuris Civilis inſtitutiones doceres; quamquam in eo Sapientiae domicilio, Profeſſores, aetate ac doctrina praeſtantes, non deeſſent.

Te vero in illo venerando Muſarum & The-

Themidis ſacrario per tot luſtra docente, quantum litteris utilitatis, quantum tibi gloriae acceſſerit, teſtantur complures viri eruditiſſimi, qui e tua palaeſtra, tamquam ex equo Troiano fortiſſimi illi Graecorum, prodiere. Illud ad memoriam tuae ſapientiae ſempiternam, erit, ut arbitror, dictu gratum ac periucundum, quod te diſſerentem, aemulatus clara veterum Imperatorum exempla, lubenti animo, audire dignatus eſt Potentiſſimus SAXONIAE Princeps, Sacri Romani Imperii Elector, FRIDERICVS AVGVSTVS II. nunc hoc nomine III. POLONIARVM Rex Invictiſſimus: quo praeſente, doctiſſimorum Patrum univerſo coetu tam inuſitati honoris ſignificatione plaudente, ipſiſque adeo ampliſſimi Lycei parietibus inſolito maieſtatis fulgore quodammodo geſtientibus, fere extemporaneam habuiſti diſſertationem de hominum pignerationibus, quas ΑΝΔΡΟΛΗΨΙΑΣ vocant: quam, ut audivit Sereniſſimus ille Princeps, humaniſſime laudavit, tibique peperit decus maximum, atque omni aevo memorandum.

Haud opus eſt, ut tua Reſponſa, aureaſque tuas IVRIS INTERPRETATIONES, mul-

tis praedicem, quae publica iampridem luce fruuntur, & hominum ſtudioſorum manibus teruntur, atque ore omnium celebrantur: quarum alterum volumen duplo auctius, ut publici iuris facias, idque quamprimum, omnes magnopere cupimus. Te eximiis laudibus praedicant clariſſima illa Iuris Civilis lumina, Noodtius, Schultingius, Barbeirachius, Bynckershoëkius, Heineccius, Van-de-Waterus, Brencmannus, omniumque cumulatiſſime in eruditorum actis Ioannes Clericus, & Ioannes Burchardus Menckenius: e noſtris vero Doctoribus Salvinius, Miglioruccius, Bellinius, Grandius, Valſechius, aliique complures, qui te eximium noſtri ſeculi decus & ornamentum, Iuris prudentiae facile principem, & ut omnium elegantiſſimarum diſciplinarum peritiſſimum, ita omnis antiquitatis ſummum Interpretem, diſerte fatentur. Accedit ampliſſimum Romanae Rotae teſtimonium, quae quum ſolemne habeat, nulla Prudentum reſponſa in medium adducere laudatis nominatiſque auctoribus, qui nondum naturae conceſſerint: doctiſſimi tamen hi legum Interpretes non ſo-

lum

lum te nominant; verum tot laudibus exornant, ut viventibus Iuriſperitis te anteferendum eſſe hoc pacto teſtari videantur.

Quamquam autem ſis in tam excelſo gloriae faſtigio, omnium tum exterorum, tum noſtrorum opinione conlocatus, tantaque ſapientia floreas: ad haec omnibus aeque ſis carus iuſtitia, beneficentia, probitate, prudentia, morum candore, comitate, ceteriſque animi tui praeclaris dotibus; incredibili tamen ac propemodum ſingulari praeditus es modeſtia, quae facit, ut haec numquam memores, numquam immortalia tua opera laudes, iactites numquam: quin potius ſilentio occultes, taceaſque ea, quae ex penitioribus Philoſophiae, Mathematicae, Naturaliſque ſcientiae & Hiſtoriae adytis ſcriptis tuis eruditiſſimis conſignaſti: quae, omnis Graecae litteraturae & eruditionis conſultiſſimus, in veteres auctores es commentatus: quae in interpretando illuſtrandoque Archimede eiuſque interprete Eutocio, elucubraſti ſuppleſtique feliciſſime. Facit etiam eadem naturalis modeſtia tua, ne digito, ut aliqui faciunt, monſtres ac magnifice circumferas

tuas Philoſophicas obſervationes, quae iam editae ſunt in Actis regalis Societatis Londinenſis, & in Veneta litteratorum Italorum Ephemeride; multoque minus, quae habes inedita illuſtria additamenta ad experimenta, a te, uſtorio ſpeculo adhibito, commoda ſuppeditante COSMO III. una cum viris doctis peracta, expenſa & accurate deſcripta: neque etiam memores, quae acerrimo iudicio elucubraſti de luce, ac de deſcenſu gravium: ad haec orationes eloquentiſſimas, quas Piſis habuiſti: lectiones omni fruge Graecae ac Romanae eruditionis refertas, quas ad noſtros Academicos, emendatiſſimi Etruſci ſermonis reſtitutores, maximo cum plauſu perquamfrequenter adhibuiſti.

Quae quum ita ſint, merito te huius operis Vindicem & Patronum efflagito; ſpero enim, te auſpice, viris doctis fore multo gratiſſimum atque acceptiſſimum. Id etiam dum facio, arbitror me, litterario ritu, iuſta quodammodo perſolvere piis Manibus fratrum tuorum BENEDICTI & NICOLAI; nam alterius Florentini Tullii immortalibus ſcriptis, fateor, me ab ineunte

aeta-

aetate ad haec ſtudia omnigenae eruditionis capeſſenda mirifice inflammatum eſſe : alterius vero praeſtantiſſimi Iuriſconſulti, Philoſophi & Aſtronomi, qui in Ptolemaeum egregia commentaria molitus eſt, & de Menſibus Aegyptiorum ſummo labore, certoque iudicio, teſtante doctiſſimo Henrico Noriſio, diſſeruit, illuſtribus exemplis ita excitatus ſum, ut in re antiquaria elucidanda atque amplificanda, labores omnes ac ſumtus ferrem animo pertinaci ac patientiſſimo.

Tibi vero omni ratione ſum devinctiſſimus; quod me litterariae reipublicae boni, patriae honoris & gloriae cupidum, in hac tam incredibili temporum infelicitate, tuo favore ac benevolentia adſidue recreaſti: quod antiquo more, ſingulari tamen exemplo, mihi multis impenſis in id opus gravato, ſaevaque paupertate laboranti, ut quantocius hoc MVSEVM ETRVSCVM abſolverem, pecuniae ſummam & librorum ſupellectilem ultro porrexiſti. Igitur hos qualeſcumque meos labores, ea qua praeſtas, VIR DOCTISSIME, humanitate, accipe. Te favente, clariſſimaque tui no-

nominis luce, quae obſcura ſunt, colluſtrante, nulla umquam praeſentium & futurorum temporum iniuria, obtrectatorum invidia nulla abolebit, quae diligenti ſtudio, ſedulaque cura undique conquiſivi, & ab interitu atque ab oblivione vindicavi, VETERVM ETRVSCORVM inſignia monumenta. Interim liberaliſſimarum artium bono, patriae ac civium ornamento, ad quod natus es, VIR PRAESTANTISSIME, vive feliciter; &, quod faxit Deus, qui te poſt incommodam valetudinem, ſpatio novem annorum eximia patientia toleratam, ſervavit, ac nobis incolumem reddidit, vive etiam quam diutiſſime.

DEDICATVM V. IDVS. IVN. A. CIƆ.IƆ.CC.XXXVII.



AD LECTOREM

PRAEFATIO

ANT. FRANCISCI GORI.



FFERO tibi, animo lubens, AMICE LECTOR, mea cura ac ſtudio ex multis collectum digeſtumque hoc MVSEVM ETRVSCVM: in quo quadringenta fere inſignia veterum ETRVSCORVM monumenta, quae vel ſub terra vel in forulis per tot ſecula delituere, nunc primum Tabulis ducentis diligenter delineata, meiſque obſervationibus illuſtrata, quod fauſtum, felix fortunatumque ſit, in lucem prodeunt. Id ut facerem, patriae decus Tuſcorumque vetus gloria me vehementer incendit; nam, ut docet Plinius

Cae-

Caecilius (1), ipsaeque etiam leges monent, & prima vitae tempora & media patriae, extrema nobis impertire debemus: dumque suppetit vita, enitendum, ut mors quam paucissima, quae abolere possit, inveniat (2).

Huiusce thesauri, publico bono aperiundi, ansam mihi dedit praeclarum Thomae Dempsteri opus de ETRVRIA REGALI, quod quum nuper forte fortuna nactus esset vir inclutus Thomas COKE Anglus, inter Britannicos Proceres modo M. LOWAL, in hac urbe Etruscarum principe, suis impensis excudendum curavit. Quantum huic viro praestantissimo, veterumque operum & elegantiarum cultori eximio, debeat litteratorum respublica, nemo est qui non videat. Multum quoque debet celeberrimo amplissimoque Senatori Florentino Philippo BONARROTIO: qui, rogante eodem Thoma Coke, curam editionis Dempsteriani operis suscepit, primusque Etruscae antiquitatis interpres, monumenta huius cultissimae nationis undique investigavit, additaque Dempstero, doctissimis explicationibus illustravit. Id opus elegantissimum, incoeptum anno CIↃ.IↃ.CC.XX. plaudente universo litterario orbe, quod ante id tempus vel parum cognita vel neglecta, tanto cum splendore & utilitate tunc primum patuissent veterum Etruscorum erudita monumenta, optatam in lucem prodiit anno CIↃ.IↃ.CC.XXVI.

Post id tempus, nondum elapso quinquennio, fors quaedam, vel, ut ita dicam, Genius ipse Etru-

(1) Lib. IV. Epist. XXIII. (2) Lib. VI. Epist. V.

Etrufcae antiquitatis tulit, ut Volaterris, Etrufcorum urbe potentiffima atque opulentiffima, complura Tufcorum Sepulcra hypogea invenirentur in praediis Nobilis Viri & I. C. Volaterrani Petri Francefchinii. Ea facile locupletiorum familiarum fuere; nam urnae marmoreae, anaglypho opere fculptae, maiori ex parte variis coloribus cum pictae, tum auro fulgenti fuperfufae multis in locis, praefertim in architectonicis ornamentis, adhuc vifebantur.

Id ftatim ac mihi innotuit, decrevi Volaterras me conferre, quod mox Septembri menfe feci, mirifice excitatus fingulari humanitate nobiliffimi Equitis Francifci Mariae ex Comitibus Guidiis, tunc Canonici Florentini, quem paullo poft eximia eius virtus primum ad Arretinam Epifcopalem, mox ad Pifanam Archiepifcopalem fedem evexerunt. Cum hoc viro humaniffimo certarunt, ut me omnibus benevolentiae officiis obftringerent, ornatiffimi eius fratres Comites Iacobus, mox Senator Florentinus, & Ioannes, iidem ex Equeftri Ordine D. Stephani, apud quos Volaterris in patria domo exceptus fum hofpitio liberaliffimo. Id honoris caufa memorandum cenfui, ut ex ingenua grati animi mei fignificatione, pateat, quam fecunda fuerint huius operis aufpicia; nam etiam Thomas Dempfterus, ita laudat Camillum Guidium Equitem Volaterranum, ex eadem gente, ut alterum parentem fuum nominet, quod ei feptimum librum operis de Etruria Regali fuggefferit: & Cofmus II. Magnus Dux Etruriae, magno

pre-

pretio ad eum laborem, quem ei demandaverat, invitarit.

Suſcepti itineris voluptatem iucundiorem reddit Octavius Ricciardius, Patricius Florentinus, qui, ut haec inſignia monumenta, erudite, ut ſolet, obſervaret, ſe mihi ſocium adiunxit. Primum perluſtrata urbe procerumque aedibus, praeſertim Maffeiorum & Falconciniorum, quae antiquis Tuſcorum operibus fulgent, obſervatiſque moenibus ex ingentibus quadratis lapidibus, Tuſcanico opere vetuſtiſſimo atque admirando, exſtructis, & porta, quae Herculis nomen praefert; ad viridarium ſuburbanum eiuſdem Franceſchinii, ad ſecundum fere lapidem, me contuli, quod Leccetum vulgus vocitat. Proxima praediis eſt villa: extrinſeci domus parietes, quaſi indices magnae copiae ſepulcrorum in his agris latentium, inſertis marmoreis urnis Etruſcis undique maxima ex parte veſtiuntur: quarum ſculpturas (quod forſitan barbarus ille huius ornamenti inventor non praevidit) iniuria temporum delevit. Poſtmodum obſervatis aliis hypogeis ſepulcris, ingreſſus ſum Etruſcum ſepulcretum, noviſſime in iiſdem praediis defoſſum, cinerariis urnis nobilioribus, ut diximus, refertiſſimum. Sub terra, in tophaceo lapide excavatum, columnaque in medio ſuffultum, ſedilibus undique ornatum, quibus urnae impoſitae erant, latebat fere Romanos pedes viginti. In eo, accenſis facibus, per multas quatuor dierum horas delitui cum Dominico Tempeſtio Pictore Volaterrano, qui me praeſente ac monen-

te,

te, urnas omnes anaglypho opere & perraro emblemate infignes, accuratiffime ac patientiffime delineavit. Elegantiores, quae etiam typo differebant, ferme quadraginta fuere: quas, ut patriae fuae perpetuo effent ornamento, me fuadente, idem praeclarus vir Petrus Francefchinius, ampliffimo urbis Magiftratui donavit, recondiditque in palatio publico, in quo nunc adfervantur.

Paullo poft difceffum meum, aliae urnae Etrufcae inventae funt in iifdem praediis Francefchiniis; aliae etiam non paucae in praediis fpectatiffimi viri Mathiae Damianii, aliifque in locis agri Volaterrani: quas omni adhibita diligentia delineavit amicus meus fuaviffimus Hippolytus Cigna Pictor, antiquarum rerum egregius admirator, eafque ad me dono mifit.

Aucta mirum in modum brevi tempore tam infigni Etrufcarum antiquitatum fylloge, Florentiam his cum fpoliis venerandae vetuftatis reverfus, facile iuftum volumen parari poffe animadverti, quo eruditorum hominum gratiam, fi vulgarentur, inire poffem; quamobrem ftatui, id etiam fuadente immortali viro Philippo Bonarrotio, totam fere Etruriam actutum perluftrare, & ubique inedita Etrufcorum monumenta eruditiffima inveftigare. Omni, quod non crediditffem, Mecenatum auxilio praefidioque deftitutus (quod eft fatum huius temporis valde faevum & lacrimabile) coactus, ut id facerem, genio meo, ac defiderio unice iuvandi bonas artes; meis impenfis, nec quidem modicis, iter quam lubentiffime adripui:

mecumque duxi Pictorem & Chalcographum meum eximium Vincentium Franceſchinium Romanum, celebris Arnoldi diſcipulum & adfinem: qui coram me, quicquid Etruſcae gentis ubique notatu dignum invenire contigit, diligenti ac perita manu delineavit, ac poſtea aeri incidit.

Primum menſe Maio anni CIↃ.IↃ.CC.XXXIII. profectus ſum Arretium; qua in urbe non ſine ingenti ſtupore obſervavi, monentibus Gregorio Redio Baiulivo, & Laurentio Guazeſio Equite D. Stephani, patriarum antiquitatum conſultiſſimis, magnifica rudera & fornices, qui ſuperſunt, antiquiſſimi Amphitheatri, Etruſco opere exſtructi: auctorque fui Equiti Guazeſio, ut illud, editis obſervationibus ac diligenti deſcriptione, quod fecit, illuſtraret. Perpauca hodie Arretii ſuperſunt Etruſce inſcripta monumenta: quicquid tamen rarum occurrere poteſt, exſtat in locupletiſſimo Muſeo Baccio.

Mox Cortonam perveni. Perhumaniter comitante V. C. Philippo Venuto, Patricio Cortonenſi, nunc Canonico & Seminarii Moderatore egregio, ſumma cum animi voluptate obſervavi celeberrimum Muſeum Academicorum Etruſcorum, quorum in albo & nomen meum deſcriptum iampridem fuerat, antiquis ſignis, vaſculis, lucernis, gemmis, numiſmatis, naturae & artis permultis operibus, lectiſſimorumque librorum ſupellectile probe inſtructum. Inſigne etiam eſt eius urbis ornamentum Muſeum Corazium, rariſſimis monumentis ſigniſque, praeſertim Etruſcis, refertum. Id

in-

inſtruxit, augetque in dies mirum in modum, flos huius ſeculi hominum, Eques Galeottus Corazius, Patricius Cortonenſis: qui licet tunc patria abeſſet, Florentiae degens; tamen in ſuis aedibus me excipi voluit, monuitque, ſe eorum quae vellem delineationem quam diligentiſſime curaturum; quod poſtmodum egregie praeſtitit.

Inde Peruſiam convolans, inſigniores ea in urbe & in agro contemplatus ſum veterum Etruſcorum reliquias: praeſertim, quae exſtant in Muſeis Comitum Anſideorum, Oddiorum, Montemelliniorum, Vincioliorum, Criſpoldiorum, & in ſuburbano Splendidiſſimi Comitis & Equitis S. Georgii, Fabricii ex Eugeniis de Claramonte, cuius in me ſingularem humanitatem & benevolentiam mirifice expertus ſum. Perinſigne Etruſcum aedificium, hypogeum, ut videtur, ſepulcrum, e quadratis lapidibus exſtructum, conſpexi ad S. Mannum, in quo tribus lineis in pariete inciſa eſt Etruſca inſcriptio, quam mox cum interpretatione adferam.

Cortonam reverſus, inde iter inſtituo ad Montem Politianum: mox, ut Cluſium antiquiſſimam Etruſcorum regum ſedem veni, perluſtranti mihi urbem, perpauca antiquae magnificentiae veſtigia praeferentem, in ſuis aedibus hoſpitalem menſam paravit generoſus Eques Claudius de Samuellis, Patricius Cluſinus. Agrum fere totum peragravi, perpaucas ineditas urnas Etruſcas, Deorum vero nulla ſigna inveni; nam ea monumenta elegantiora, quae in agro Cluſino identi-

dem effodiuntur, a quibusdam circumforaneis emtoribus ad alia Musea statim transvehuntur. Tres urnas marmoreas ineditas reperi apud Nobilem Innocentium Nardium: apud Nobilem Ristorum Paolozium inveni insignem quamdam marmoream basim, sive columellam, tredecim figuris Etrusco opificio pulcherrimo sculptam, quam profero in Tab. CLX. in qua Saliorum & Saliarum Virginum choreae in honorem Deorum exhibentur. Vrnae elegantiores, quae in Paolozianis aedibus exstant, iam apud Dempsterum editae sunt a Cl. Bonarrotio. Olim, quod memoratu dignum notatur in Codice LH. CX. pag. 163. celeberrimae Bibliothecae Stroziae, inter praeclara atque admiranda Tuscorum monumenta, Clusii exstabant duodecim urnae porphyreticae, altitudinis trium palmorum, atque eiusdem fere latitudinis, in quibus insculpti cernebantur viri armati equis insidentes: in operculis vero praeter varia animalia, sculptae etiam erant mulieres & viri saltantes & ludentes. Singulae urnae inscriptae Etruscis litteris, hae tamen non parum detritae; in una vero perspicue hic titulus legebatur.

𐌄 𐌍 𐌀 𐌊 𐌏 𐌕 𐌖 𐌀

𐌄 𐌀 𐌖 𐌄 𐌀 𐌕 𐌕 𐌍

Hodie forsitan apud aliquem ignarum possessorem latitant; nam Clusii non exstant.

Relicto Clusio, Montem Politianum civitatem clarissimam reversus, Bucellianum Museum adivi, compluribus Etruscis urnis, aliisque perraris cimeliis

meliis locupletiſſimum . Id exquiſito ſtudio inſtruxit vir Ornatiſſimus Petrus Bucellius , e Patricio genere , qui omnes urnas Etruſcas diligenter delineandas curavit in eleganti volumine , quod mecum humaniſſime communicavit , ex quo deſumtas , habes in hoc opere .

Montem Alcinum , & Pientiam poſtmodum perrexi ; nihil tamen inveni . Deinde Senas profectus , vidi elegantiſſima Muſea Burgheſiorum & Saniorum , e quibus rariora , mox proferenda , ſelegi . Vidi etiam in aedibus Tommaſiorum , Senenſium Patriciorum , complures urnas cinerarias , cum marmoreas , tum fictiles , in prediis eorumdem inter montem Apertum & Pancollem erutas , anno CIↃ.IↃ.CC.XXVIII. in quodam hypogeo veterum Etruſcorum ſepulcro. Has omnes accurate delineatas mihi dedit Splendidiſſimus Eques Ioannes Antonius Peccius , Patricius Senenſis , qui & alia mecum humaniſſime communicavit . In eodem ſepulcro inventa ſunt complura Baccharum , Faunorum , ceterorumque Liberi Patris famulorum fictilia oſcilla : e quibus ſex elegantiora ſelegi , quae inferius exhibeo in Tabula LXVII. fuerantque auro ſatis craſſo ac fulgenti , egregio artificio intecta . Alia quoque loca Etruriae mox perluſtravi , nimirum Panzanum , Podium Bonizium , rudera Caſtri Pognae , oppidum S. Caſſiani , quibus in locis defoſſa fuiſſe Etruſca monumenta iam audieram .

Florentiam redux , ſtatim de evulgandis hiſce ETRVSCIS ANTIQVITATIBVS , hortantibus ami-

amicis , consilium coepi : quapropter brevi octoginta Tabulas , aeri incidit Vincentius Franceschinius . Interim operae pretium me facturum esse existimans , si Florentina quoque Musea perscrutarer , exorsus sum a MEDICEO omnium antiquitatum ditissimo amplissimoque THESAVRO , qui mihi patuit semper , meis votis perhumaniter faventibus eius Custodibus fidelissimis ac meritissimis Sebastiano & Francisco Blanchiis , quibus sum longe devinctissimus . Interim quoque insignia Cimelia Comitum e Gherardesca & Gaddiorum diligenter pervestigavi , quae Etruscis monumentis in Etruria repertis , maxime omnium sunt refertissima . Non pauca etiam & ipse inter haec vetera signa Etrusca undique conquisivi , mihique comparavi . Igitur Etruscorum monumentorum tanta copia brevi potitus sum , ut incoeptum opus , non centum Tabulis , ut antea cogitaveram , sed ducentis ampliari augerique oportuerit ; e quibus eas , quae in hoc syntagmate opportuniores visae sunt , delegi , ceteris in aliud tempus reservatis . Omnia quae in Florentinis Museis inveni , fideli manu limatoque iudicio delineavit Iosephus Menabonius Pictor Florentinus peritissimus .

Dum haec aguntur , heu quam celeri fato ! fulgidissimum illud antiquitatis , litterarum & patriae sidus PHILIPPVS BONARROTIVS , Senatorii ordinis decus , IV. Idus Decembres , eiusdem anni CIↃ.IↃ.CC.XXXIII. occumbit . Huius viri in re antiquaria praestantissimi , quem nulla aequaverit aetas , consilio iudicioque in hoc opere

illu-

illuſtrando totus, ut aequum erat, pendere volebam. Igitur ingenium meum, exiguum ſane, in omnibus experiri, aleaeque omnium difficillimae exponere opus fuit; nam, ut Plinius initio Naturalis Hiſtoriae teſtatur: *Res ardua vetuſtis novitatem dare, novis auctoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubiis fidem; omnibus vero naturam, & naturae ſuae omnia.* Quid vero in hac ſparta conatus fuerim, doctiores viri aequi bonique iudicabunt.

Eodem menſe & anno, quo nobis ereptus eſt magnus vir Bonarrotius, ad illuſtrandam interpretandamque linguam Etruſcam ac Pelaſgicam, alterum Palladium ad nos delapſum, alterumque ſidus, emicuit vir doctiſſimus LVDOVICVS BOVRGVETTIVS, apud Helvetios Philoſophiae Profeſſor celeberrimus: qui primus magno litteratorum plauſu ignotum Etruſci ac Pelaſgici ſermonis priſcum iter editis diſſertationibus aperuit. Cum eo ſtatim inita amicitia, datis acceptiſque mutuo epiſtulis, multas inſcriptiones Etruſcas cum eius interpretatione obtinui, quae identidem in hoc opere adferuntur.

Interea Kalendis Maii, anno CIↃ.IↃ.CC.XXXV. in publicum edito Prodromo huiuſce MVSEI ETRVSCI: dataque in eo fide, me intra biennium hunc theſaurum antiquorum monumentorum in lucem emiſſurum (quod, adiuvante Deo, ut in votis fuerat, feliciter praeſtiti) undique litteratiſſimi homines, eximiique antiquitatis cultores certatim ad me mittunt accurate delineatas,

quae

quae in aliis Mufeis latebant, prifcas Etrufcorum reliquias. Ex his praecipua laude memorandi, Francifcus Eques Victorius, qui etiam antigrapha omnia Tabularum Eugubinarum mecum communicavit: Alexander Gregorius Marchio Capponius, Hannibal de Abbatibus Oliverius, Ioannes Baptifta Pafferius I. C. Rodulphinus Venutus, Francifcus Ficoronius, Comes Dominicus Montemellinius, Iacobus del Monaco, Octavius Bucchius, Antonius Gulinius, quorum nomina frequenter in hoc opere laudantur. Symbolam quoque fuam mihi dedit vir celeberrimus, litterarum eximium decus, Ludovicus Antonius Muratorius, communicatis Etrufcis infcriptionibus, quae in Perufinis monumentis leguntur. Operis decus & raritatem omnium cumulatiffime auxit V. C. Ioannes Bottarius, nunc Praeful, a fecretiori Pontificio Sacello, qui Vafa omnia Etrufca, quae CLEMENS XII. Pontifex Maximus undique conquifita, in perenne Vaticanae Bibliothecae ornamentum, nuper recondi iuffit (adnuitque ut a me illuftrarentur) a Bartholomaeo Polio Pictore Romano quam diligentiffime delineanda curavit. Pro mantiffa, uberrime vota mea fupergreffus, mifit etiam fchemata Vafculorum Etrufcorum, quae in Barberino Mufeo & Bibliotheca adfervantur. Ex his infigniora felegi, quae nunc primum in lucem prodeunt: cetera, fi id opus probari videro, cum aliis rariffimis Etrufcis monumentis adhuc ineditis, Deo aufpice ac favente, deinceps proferam. Nullis etiam verbis aequare, aut pro dignitate laudare fatis pof-

fum

ſum eximiam in me voluntatem humanitatemque Eminentiſſimi Principis, S. R. E. Cardinalis, NEREI CORSINII, qui ut lucem adderet huic operi, marmoreum Etruſcum Solium ſive Cathedram, in Muſeo ſuo ornatiſſimo reconditam, quam profero in Tab. CLXXXI. & ſequentibus, peraccurate delineatam ad me miſit: & pro eo, quo optimas artes & antiquitatis ſtudia complectitur amore, obtinuit a CLEMENTE XII. Pontifice Optimo Maximo, Patruo ſuo, ut omnia Etruſca Vaſa, quae exſtant in Vaticana Bibliotheca, primus in lucem proferrem & illuſtrarem.

Igitur ſtatim ab eo tempore in id opus coepi ſedulo incumbere: ſex menſes, qua expendendis monumentis, in lucem proferendis, qua ex priſcis auctoribus multa adnotando ſeligendoque, qua omnia in ordinem diſponendo, nullis parcens laboribus nec impenſis, quum poſſem pauciora monumenta proferre, & obſervationes ſedulo cohibere intra anguſtiores cancellos, animo lubens impendi. Vniverſam Etruſcarum antiquitatum ſupellectilem, cur in quinque capita ſeu claſſes diſtribuerim, huiuſce conſilii mei rationes adfero in Prooemio, quod tibi, erudite Lector, in altero volumine, ne heic taedio te adficerem, proponendum cenſui.

Menſe Maio huius anni CIↃ.IↃ.CC.XXXVII. quum iam fere ad umbilicum hoc opus perduxiſſem, digeſto in XV. litteras Alphabeto Etruſco, aliquantulum otii nactus, libuit periculum facere, utrum unam ſaltem ex Tabulis Eugubinis Etruſce

ſcriptam interpretari, auſpice mea Minerva, poſſem. Multo adhibito ſtudio, intra decem dies lux aliqua, ni fallor, mihi adfulſit: expiſcatuſque ſum, idem fere argumentum continere, quod in Pelaſgorum Litaniis, in altera Tabula, interpretata a Doctiſſimo Bourguettio, exaratum eſt. Et hunc igitur qualemcumque meum laborem accipe, candide Lector: ſi probari videro, publicoque favore, aut alicuius incluti Maecenatis liberalitate ac praeſidio, ſponte currenti animum addi mihi ſenſero, reliquas quoque inſignes Tabulas Eugubinas cum meis verſionibus, in medium, quanto citius potero, adferam. Id vero ut accuratius facerem, alphabetico ordine digeſſi vocabula omnia Pelaſgica & Etruſca, quae iam edita in ſcriptis monumentis occurrunt; quare in animo etiam eſt LEXICA duo, PELASGICVM & ETRVSCVM tradere, cum interpretatione, & brevibus notis ad ſingula vocabula. Proferam quoque omnium quotquot exſtant Etruſcarum inſcriptionum, ex archetypis exſcriptarum vel a me vel ab amicis valde peritis, ſyntagma accuratiſſimum: ſinguliſque, ut ſpero, addam verſionem.

Haec ſunt, quae in ipſo veſtibulo huius MVSEI ETRVSCI praefari neceſſe fuit. Quod adtinet ad obſervationes meas, omnes Tabulae, quae additae ſunt Dempſteriano operi, heic rurſum, & quidem frequenter multis in locis fuſius illuſtrantur. Si qui vero ſunt (quod minime crediderim) qui putent, omnia, quae ad Etruſcos pertinent, fere exhauſta eſſe tum a Bonarrotio,

tum

tum a me, & nihil adhuc supereſſe, quod fuſius explanari poſſit, vehementer hallucinantur. Multa adhuc vel intacta vel non bene luculenterque tractata atque enucleata, praeſertim ea, quae ſpectant ad Claſſes III. IIII. & V. ANTIQVITATVM ETRVSCARVM, ſuperſunt: digna profecto, quae in inſignioribus Europae Academiis diſcutienda proponantur hominibus eruditiſſimis: quam ſpartam, ſi hanc unice, uti inſtitutum eſt, amplecti voluerint, egregie aliquando adornabunt, ut ſpero, mei collegae ACADEMICI ETRVSCI.

Iam ex adlatis a me in hoc MVSEO ETRVSCO illuſtribus monumentis, ſatis conſtare arbitror, Tuſcos perſpectam habuiſſe TROIANI BELLI Hiſtoriam: & facile crediderim, Homerum, qui teſte Strabone, ut mox ſuo loco oſtendam, Etruriam peragravit perluſtravitque, multa, quae narrat in Iliade & in Odyſſea, ab Etruſcis didiciſſe. Samuel Bochartus, vir cum paucis comparandus, Lib. I. Cap. XXXIII. Geographiae ſacrae, adfirmat, Homerum Italicas fabulas, quaſcumque habet, non aliunde didiciſſe quam ex relatione Phoenicum, quorum nonnulli naufragum Vlyſſem circa Charybdim, nave ſua exceptum, in Cretam deduxiſſe leguntur: & adfert locum ex Priſco apud Suidam in Κάρυβδις & Dictys Cretenſis Lib. VI. Circa Gades ſive Iberos, ultimum maris & terrae terminum occupantes, ex Phoenicum ſententia, eorumque indicio, Homerum Elyſios campos & beatorum inſulas collocaſſe, oſtendit. Id minime auſim negare; ſed quum alia multa

praeter fabulas, nobis offerant edita Tuſcanica monumenta, quae Iliada & Odyſſeam exornant; haud negandum cenſeo, ex fide etiam Etruſcorum, multa Homerum in ſuis carminibus inſeruiſſe.

In urna Etruſca, quae exhibetur in Tabula CXXXIII. num. II. cuius feralem typum aliae permultae praeferunt (quod mihi ſcribenti memoria excidit pag. 262.) expreſſum arbitror Achillem, qui in aula Lycomedis regis in Scyro, hoſpitii iura violavit; nam, ut cernimus, mentito virginis habitu, ſub Pyrrhae nomine, a Thetide matre comes datus Deidamiae regiae puellae (quod fecit, ut ita eum arceret a bello Troiano, in quo praeviderat omnino moriturum) ad thalamum eiuſdem virginis accedens, fraudulentus eam vitiavit: quo quidem emblemate Etruſci nil aliud, quam inevitabilem eſſe vim Mortis & Fati, ut opinor, in ſepulcrorum ſculpturis declarare voluerunt. Haec ab Apollodoro, Hygino aliiſque Mythologis pervulgata ſunt. Adſimile emblema profert Fabrettus ad Iliacam Tabulam pag. 358. ex antiquo marmore Aracaelitano.

In Tabula LXXXVI. e celeberrimo Muſeo Capponio producitur Etruſca patera inſignis, in qua nomen Minervae Servatricis populorum ita ſcriptum eſt, AVЯИƎM. *Menrva:* eius vero Genii Fecialis ita, V>ƎƎ : AƧAV : non uti excuſum eſt pag. 201. Id probe mihi compertum eſt ex eodem archetypo ad me tranſmiſſo, poſtquam haec edideram, ut memoro in pag. 247. a Praeſtantiſſimo Alexandro Gregorio Marchione Capponio, Sacri Palatii Apo-

ſto-

ſtolici Forerio Maiore: quam pateram, reiectis iam editis exemplaribus, rurſus emendandam & imprimendam curavi. Duo Deorum ſigna loco ſuo in Tabulis a me editis mota ſunt: duo etiam omiſſa, & unum in proximiores tranſlatum. Id declarandum cenſui in ſequenti Indice Etruſcorum monumentorum; quapropter mihi eodem tempore in multis occupatiſſimo, & hoc, & ſi quid in aliis peccavi, aequi bonique, ut ſpero, conſulent viri eruditione & humanitate praeſtantes.

Hadriani Scrieckii Rodorni verſionem quinque priorum verſuum Tabulae I. Eugubinae, quam edidi in pag. 388. omnino reiiciendam eſſe, hoc loci moneo. Haud ſane eam retuliſſem, ſi paullo ante accuratius Etruſcorum litteras & verborum ſenſa perſcutatus eſſem: quod omni cura ac diligentia facere non potui, niſi poſt duos fere menſes, quum Alphabetum Etruſcum, urgente meo Typographo diligentiſſimo, proponere atque in ordinem digerere neceſſe fuit: quo facto, interpretataque una ex Tabulis Eugubinis, quam mox proponam, intellexi, Scrieckii verſionem haudquaquam convenire: haud tamen nego, in iiſdem Tabulis Eugubinis multos verſus cum rythmo ac metro expreſſos eſſe, eo quod in ſacris canerentur; quod primus omnium Scrieckius obſervavit.

Non vacat ſingula, quae in hoc opere nunc primum optata luce donantur, recenſere: praeſertim quae pertinent ad luſtrationes, aqua, igne ac ſanguine perceptas ab initiatis, & per varios cruciatuum gradus ad ſacra maiora admiſſis, &

quae

quae ſpectant ad SACRA ETRVRIAE, nimirum CABIRIA, MITHRIACA & ACHERONTICA: ad BAPTISMVM pro expiatione mortuorum ſuſceptum: quae omnia monumentorum, ad hoc tempus ineditorum, ampliſſima luce ac teſtimonio illuſtrantur. Ex adlatis antiquiſſimis Etruſcorum & Pelaſgorum monetis erui ignotos antea populos, praeſertim vero *Ilienſes*, *Nucrinos & Hatriates*. In Scarabeis, ſculpturae Etruſcarum gemmarum primordia detexi. His expoſitis Ethnicorum deliramentis, magis magiſque Catholicae Religionis veritas ac puritas elucet: quare agamus CHRISTO DOMINO ac MAGISTRO perennes gratias, qui nos de tenebris vocavit in admirabile lumen ſuum. MEO LABORE VTERE FELIX. OPTIME LECTOR.

IN-

INDEX
MONVMENTORVM ETRVSCORVM
QVAE
E COMPLVRIBVS MVSEIS
IN HOC OPERE PROFERVNTVR
ET ILLVSTRANTVR.

CLASSIS I.

TAB. I. *IANI* tria ſigna ex aere, eiuſdem magnitudinis, exſtant in Muſeo Mediceo.

TAB. II. *VERTVMNI* ſignum aereum, exſtat apud V. C. Ioſephum Blanchinium Pratenſem, eiuſdem magnitud.

TAB. III. *POMONAE* ſignum aereum, alt. pedum fere II. in Muſeo Mediceo.

TAB. IIII. *NORTIAE* ſignum marmoreum alt. ped. III. unc. XI. Volaterris in aedibus Nobb. Maffeiorum.

TAB. V. *ANCHARIAE* ſignum aereum, eiuſdem magnitudinis, exſtat apud . . . .

TAB. VI. *BELLONA*, ex patera fictili apud D. Devvith. ex Cauſeo Tab. XXIV. Sect. III. Reliqui Dii indicantur pag. 25.

TAB. VII. *VALENTIAE* ſignum aereum eiuſdem fere magn. e Muſeo Mediceo.

TAB. VIII. *VALENTIAE* alterum ſignum aereum, eiuſdem magnit. apud Nobb. Vecchiettios in Muſeo ſuburb.

TAB. VIIII. *VOLTVMNA* . *VOLVMNA ET VOLVMNVS* . Sign. I. apud me. II. apud Equit. Io. Hieronymum de Pazzis. III. IV. apud P. Petrum Mariam Ferrarium. V. in Muſeo Mediceo: ſingula ex aere, eiuſd. magn.

TAB. X. *PILVMNVS & PICVMNVS*. I. exſtat apud me. II. & III. in Muſeo Montemellinio, ex aere eiuſdem magnitudinis.

TAB. XI. *PILVMNI* ſive *PICVMNI* ſignum aereum eiuſdem magnitudinis, exſtat in Muſeo Corazio.

TAB. XII. *FVRINA* ſive *ANCHARIA*, e patera fictili, ex Muſeo V. C. Io. Baptiſtae Paſſerii Piſaur. I. C. eiuſdem magnitudinis.

TAB. XIII. *FVRINA* ſive *ANCHARIA*, e patera fictili eiuſdem magnitudinis, apud eumdem.

TAB. XIIII. I. *TAGETIS* ſignum aereum, alt. ped. I. apud N. de Grazianis Peruſinos exſtat. II. in Muſeo Comit. e Gherardeſca, eiuſdem magnitudinis. III. in Muſeo Gaddiorum, eiuſdem magnitudinis ex aere.

TAB. XV. *BYGÖE*. Primum ſignum exſtat in Muſeo Gaddio: alterum in Muſeo Burgheſio Senis, ex aere, eiuſdem magnitudinis.

TAB. XVI. *VOLTVRNI* ſignum aereum eiuſdem magnitudinis, exſtat in Muſeo Mediceo.

TAB. XVII. *IVTVRNAE & PORTVMNI* ſigna ex aere eiuſdem magnitudinis, in Muſeo Mediceo.

TAB. XVIII. *VITVMNVS*, errore non in hac Tabula, ſed in Tab. LXIII. editus eſt. Primum ex aere exſtat in Muſeo Montemellinio: alterum fictile apud me, eiuſdem magnitudinis.

TAB. XVIIII. *VACVNA*, I. & II. ſignum fictile eiuſdem magnitudinis, exſtat apud me. III. ex aere in Muſeo Mediceo. IV. fictile eiuſdem magnitudinis, apud me.

TAB.

TAB. XX. *DEVS PATRIVS ETRVSCORVM IGNOTVS*, ex aere eiusdem magnit. exstat in Museo Carpineo. *Vestis inscripta litteris Etruscis; pedes catenati*. Ex autographa delineat. C. V. Senatoris Bonarrotii. Paullo aliter apud Dempsterum Tab. XXIV.

TAB. XXI. *SATVRNI & OPIS* signa aer. eiusdem magn. in Museo Mediceo.

TAB. XXII. *IOVIS* signum aereum eiusdem magnitudinis, exstat in Museo Academicorum Etruscorum, Cortonae.

TAB. XXIII. *IVNONIS* tria signa Etrusca. I. exstat in Museo Gaddio. II. & III. in Museo Mediceo eiusd. magnitudinis, singula ex aere.

TAB. XXIIII. *IVNONIS REGINAE* signum aereum eiusdem magnit. exstat in Museo Comitum e Gherardesca.

TAB. XXV. *IVNONIS SOSPITAE* signum aereum eiusdem magnitudinis, exstat in Museo Mediceo.

TAB. XXVI. *IVNONIS FERONIAE* signum aereum eiusdem magnitudinis, exstat in Museo Mediceo.

TAB. XXVII. *IVNONIS* signum aereum vetustissimum eiusdem magnitudinis, exstat in Museo Corazio.

TAB. XXVIII. *MINERVAE* simulacrum aereum Arretii inventum: alt. circiter ped. V. in Museo Mediceo.

TAB. XXVIIII. *MINERVAE* duo signa aerea eiusd. magnit. I. exstat Pisauri in Museo Ardiziorum. II. in Museo Med.

TAB. XXX. *MINERVAE ARGIVAE* signum aereum eiusdem magnitudinis, exstat in Museo Mediceo.

TAB. XXXI. *MINERVAE VICTRICIS* imago, ex anaglypho fictili, exstat in Museo Ficoronio.

TAB. XXXII. *APOLLINIS* ex aere, *litteris inscriptum* signum, apud C. V. Robertum de Neuvville, Lugd. Bat.

TAB. XXXIII. *APOLLINIS* signa aerea eiusdem magnitudinis. I. in Museo Comit. e Gherardesca. II. in Museo Mediceo.

TAB. XXXIIII. *MITHRAE* signum aereum eiusdem magnitudinis, in Museo Comitum e Gherardesca.

TAB. XXXV. *DIANAE* tria signa aerea eiusdem magnitudinis. I. in Museo Carpineo. II. inter Cimelia Nob. V. Nicol. Panciatichi, Patr. Flor. III. in Museo Mediceo.

TAB. XXXVI. *NEMESIS* signum aereum eiusdem magnitudinis, in Museo Gaddio, & huic aliud simile.

TAB. XXXVII. *APOLLINIS* signum aereum in Museo Mediceo; alterum *AESCVLAPII* olim in Museo Andreinio, eiusdem magnitudinis.

TAB. XXXVIII. *MERCVRII in caelum ferentis PROSERPINAM* signum aereum eiusdem magnitudinis, in Museo Mediceo.

TAB. XXXVIIII. *MERCVRII* signum aereum eiusdem magnitudinis, exstat in Museo Mediceo.

TAB. XL. *MARTIS CAMVLI* signa quatuor ex aere eiusd. magnitudinis. I. in Museo Gaddio. II. & III. in Museo Mediceo. IIII. apud me. V. in Museo Gaddio exstant.

TAB. XLI. *VENVS MVRCIA* ex aere in Museo Corazio. Alterum num. III. in Museo Gaddio eiusdem magnitudinis.

TAB. XLII. *VENERIS ARMATAE* signum aereum eiusdem magnitudinis, exstat in Museo Mediceo.

TAB. XLIII. *VENERIS VICTRICIS* signum aereum eiusdem magnitudinis, in Museo Mediceo.

TAB. XLIIII. *AMOR ETRVSCVS* ex aere eiusdem magnitudinis, in Museo C. V. Annibalis de Abbatibus Oliverii, Patr. Pisaur.

TAB. XLV. *AMOR triplici specie ab Etruscis cultus*. I. & II. exstant in Museo Mediceo. III. in Museo Carpineo. Singula signa ex aere eiusd. magnitudinis.

TAB. XLVI. *VICTORIAE* signum aereum eiusd. magnitudinis, adservatur apud . . . . . .

TAB.

TAB. XLVII. *VESTAE* signum aereum eiusd. magnitudinis, in Museo Mediceo.

TAB. XLVIII. *CERERIS* signum aereum eiusdem magnitudinis, in Museo Mediceo.

TAB. XLVIIII. *CERERIS* duo signa aerea eiusdem magnitudinis. I. apud me; alterum in Museo Gaddio.

TAB. L. *CERERIS* signum fictile, eiusdem magnitudinis, in Museo Comitum Ansideorum, Perusiae.

TAB. LI. *BACCHI* signum aereum eiusd. magnitudinis, in Museo Gaddio.

TAB. LII. *BACCHI*, *muliebri specie effecti*, signa duo ex aere eiusdem magnitudinis. I. in Museo Gaddio. II. apud me.

TAB. LIII. *BACCHI Cornigeri* signum ex aere eiusdem magnitudinis, in Museo Corazio.

TAB. LIIII. *BACCHI*, *humidae naturae auctoris*, signum aereum, alt. ped. I. unc. V. in Museo Mediceo.

TAB. LV. *BACCHI GENIVS* eiusd. magnitudinis ex aere, in Museo Medic.

TAB. LVI. *DEVS CABIRVS* ex aere eiusd. magnitudinis, in Museo Mediceo.

TAB. LVII. *PRIAPI Saltatriculi* signa duo ex aere eiusdem magnitudinis. I. in Museo Gaddio. II. apud Ioannem Petrum Bellorium.

TAB. LVIII. *PRIAPI Multiformis* signa aerea duo eiusdem magnitudinis, in Museo Mediceo.

TAB. LVIIII. *PRIAPI* signum I. aereum eiusd. magnit. in Museo Gaddio. II. ibidem. III. in Horto Comitis & Eq. Eugenii, Perusiae, e marmore alt. ped. V. IV. exstat apud Nob. Oddios e marmore alt. ped. III.

TAB. LX. *SILENI* tria signa ex aere eiusdem magnitudinis. I. & II. apud me. III. in Museo Gaddio exstant.

TAB. LXI. *PAN Saltator* ex aere eiusdem magnitudinis, in Museo Mediceo.

TAB. LXII. *PAN Tutulatus*, ex aere eiusdem magnitud. exstat apud heredes Equitis A. F. Marmii.

TAB. LXIII. *PAN Iacens*, ex aere eiusdem magnitudinis, apud me exstat.

TAB. LXIIII. I. *SATYRI* caput aer. eiusdem magnitudinis in Museo Gaddio. II. III. *SATYRA* ex aere eiusdem magnitudinis, in Museo Mediceo.

TAB. LXV. I. II. *PAN ferens capellam*, ex aere eiusdem magnitudinis, in Museo Mediceo. III. *CENTAVRVS* aer. eiusdem magnitudinis, in Museo Montemellinio. IV. *ERATO* ex aere eiusdem magnitudinis, in Museo Mediceo.

TAB. LXVI. *FAVNORVM* signa, ex aere eiusd. magnit. in Museo Gaddio.

TAB. LXVII. *BACCHI ADSECLARVM* capita fictilia inaurata eiusdem magnitudinis, vidi apud Comitem Beringuccium Patr. Sen. V. Vrna marmorea alt. & lat. II. ped. in Villa Comitis & Equitis de Eugeniis, Perus.

TAB. LXVIII. *CORONIS Nympha*, ex aere eiusdem magnitudinis, in Museo Mediceo.

TAB. LXVIIII. *DRYAS Nympha* ex aere eiusdem magnitudinis apud me. Diadema ex aere eiusdem magnitud. exstat in Museo Mediceo.

TAB. LXX. *CALLIOPE Musarum princeps*, e Vasculo picto Musei Barberini, alt. ped. I.

TAB. LXXI. *HERCVLES Compeditus*, ex aere eiusdem magnitudinis, apud D. Abbatem Recchium.

TAB. LXXII. *HERCVLES Pomarius*, ex aere eiusdem magnitudinis, in Museo Mediceo.

TAB. LXXIII. *HERCVLES leonem suffocans*, ex aere eiusdem magnitudinis apud heredem M. Anton. Sabbatinii Antiquarii Rom.

TAB. LXXIIII. I. *CASTOR* ex aere eiusdem magnitudinis, in Museo Montemellinio. II. *POLLVX* seu *CASTOR* cum equo, ex aere eiusdem magnitudinis, in Museo Mediceo.

II.

II. in Museo Pignorio. III. ex aere eiusdem magnitudinis, apud me.

Tab. cii. *DEVS AVERRVNCVS ETRVSCORVM*, *ornatus torque radiato*, ex aere eiusd. magn. apud me.

Tab. ciii. *DEVS PATRIVS Praestes Etruscorum*, *malum sinistra gerens*, ex aere eiusdem magnitudinis, apud me. Aliud quoque sign. aer. exstat apud me.

Tab. ciiii. *INDIGETVM* signa duo aerea. I. & II. eiusdem magnitudinis, in Museo Mediceo. III. long. ped. circiter II. in Museo Bonarrotio.

Tab. cv. *DEVS PATRIVS Averruncus Etruscorum*, ex aere eiusdem magnitudinis, exstat Florentiae in Monasterio S. Mariae Angelorum.

Tab. cvi. *HEROS Etruscus*, forte *IOLAVS*, signum aereum eiusdem magnitudinis, antiquitus inauratum, exstat in Museo Mediceo.

Tab. cvii. *HEROS Etruscus*, forte *TYRRHENVS Herculis filius*, ex aere eiusd. magn. in Museo C. V. Annibalis de Abbatibus Oliverii, Patr. Pisaurensis.

Tab. cviii. *HEROS Etruscus*, forte *HALESVS*. Signum ex aere, exstat in Museo Corazio, alt. ped. I. unc. vii.

Tab. cviiii. *HEROS Etruscus*, ex aere eiusdem magnitudinis, in Museo Magninio, Romae.

Tab. cx. *HEROS Etruscus*, ex aere eiusdem magnitudinis, ibidem exstat.

Tab. cxi. *HEROS Etruscus*, ex aere eiusdem magnitudinis, in Museo Comitum e Gherardesca.

Tab. cxii. *HEROS Etruscus*, ex aere eiusdem magnit. in Museo Mediceo.

Tab. cxiii. *HEROS Etruscus*, ex aere eiusdem magnitudinis, ibidem.

Tab. cxiiii. *HEROS Etruscus*, ex aere eiusdem magnitudinis, ibidem.

Tab. cxv. *HEROS Etruscus vulneratus*, *in castra deductus*, ex aere eiusdem magn. in Museo heredis M. A. Sabbatinii, Romae.

Tab. cxvi. *HEROS Etruscus*, *elatus ad sepulcrum a militibus*, ex aere eiusdem magnitudinis, in Museo Mediceo.

Tab. cxvii. *HEROS Etruscus*, ex aere eiusd. magnitud. Tuderti inventum anno mdccxv. apud D. Petrum Alvium.

Tab. cxviii. *HEROS Etruscus*, forte *RHAETVS*, ex aere eiusdem magnitudinis, exstat apud me. Nuper inventum fuit Viterbi: mihi dono dedit V. C. Franciscus de Ficoronibus.

Tab. cxviiii. *HEROS Etruscus*, forsitan *AVNVS*, ex aere eiusdem magnitudinis, exstat Perusiae penes Comitem Ioannem M. de Coppis.

CLASSIS II.

Tab. cxx. *MINERVAE NATIVITAS*, caelata in patera aerea eiusd. magn. exstat Bononiae in Museo Cospio.

Tab. cxxi. *MINERVA cum tribus MVSIS*, caelata in patera ex aere eiusd. magn. in Mus. Capponio, Romae.

Tab. cxxii. *ACTAEONIS NEX*, ex urna marmorea, alt. ped. I. unc. iv. lat. ped. I. unc. viii. Volaterris, e praediis Franceschiniis. Altera cum pugna *HERCVLIS* cum *ACHELOO*, ibidem, eiusdem fere magnitudinis.

Tab. cxxiii. Vrna marmorea cum *ANDROMEDA*, ibidem, alt. ped. I. unc. III. lat. ped. I. unc. xiv.

Tab. cxxiiii. *NEPTVNVS Laomedontem persequens*, ex aere eiusd. magn. exstat Romae in Museo Capponio.

Tab. cxxv. *Fata CASSANDRAE & POLYNICIS*, ex urna marmorea, alt. ped. I. unc. xiii. lat. ped. II. unc. iv. exstat apud me.

Tab. cxxvi. I. *Apri CALYDONII pugna*, caelata in patera aerea eiusdem magnit. in Museo March. Riccardii. II. *CASTORVM ortus*, e patera aerea eiusd. magn. in Mus. Capponio, Romae.

Tab. cxxvii. *HELENAE & MENELAI Apotheosis*, e patera aerea eiusdem magnitudinis, apud me.

Tab. cxxvii. *PARIDIS IVDICIVM*, ex patera aerea eiusdem magnit. exstat Romae in Museo Colleg. Rom. Soc. Iesu.

Tab. cxxviii. *PARIDIS IVDICIVM*, ex patera aerea eiusdem magnitudinis, exstat Senis in Museo Burghesio.

Tab. cxxx. & cxxxi. *ACHILLIS FATA*, picta in Vasculo Etrusco eiusd. fere magnitudinis, olim apud C. V. Vallettam, nunc in Museo PP. Hieronymorum Neapol. Congreg. Oratorii.

Tab. cxxxii. *PVGNA ad portam SCAEAM*, ex urna marmorea, alt. ped. I. unc. V. lat. ped. II. Volaterris, e praediis Franceschiniis.

Tab. cxxxiii. *PATROCLI FVNVS*, ex urna mormorea alt. ped. I. unc. VII. lat. ped. II. unc. II. ibidem. Altera urna ex lap. toph. alt. ped. I. unc. III. lat. ped. I. unc. XV. in qua *ACHILLES ad Deidamiam accedens*, ibidem.

Tab. cxxxiiii. *PVGNA de PATROCLI cadavere*, ex urna marmor. alt. & lat. ped. circiter tres, Perusiae apud Nobb. Crispoltios. II. Altera urna marmorea similis magnitudinis, ibidem.

Tab. cxxxv. *AMAZONVM CERTAMINA*, ex urna marmorea, quae exstat Tuderti in Xysto Palatii Priorum, alt. & lata ped. III. circ.

Tab. cxxxvi. *AMAZONVM CERTAMINA*, ex urna marmorea, alt. ped. IV. lat. ped. circ. III. Perusiae in Villa Vgoliniorum.

Tab. cxxxvii. I. Vrna marmorea, in qua sculptus *HERCVLES*, alt. & lat. ped. circ. III. exstat Perusiae apud Nobb. Crispoltios: altera vero ibidem apud Nob. Meniconios, eiusdem fere magnitudinis.

Tab. cxxxviii. *AVGES ET TELEPHI FATVM*, ex urna marmorea, alt. ped. II. lat. ped. fere II. in Villa Nobb. Giacominiorum *ad Bonazam*.

Tab. cxxxviiii. *AVGES ET TELEPHI FATVM*, ex urna marm. inserta in pariete; exstat Volaterris in domo cuiusdam rustici, eiusdem magnitudinis ut superior.

Tab. cxl. *HECVBAE seu CASSANDRAE fatale connubium*; ex urna marmorea, exstat Volaterr. e praediis Franceschiniis, alt. ped. I. unc. IV. lat. ped. II. unc. V.

Tab. cxli. *POLYXENAE FATVM*, ex anaglypho marmoreae urnae apud me, alt. ped. I. unc. VII. lat. ped. circ. II. Altera urna fictilis, coloribus variis picta, in qua *HEROVM pugna*, alt. ped. II. unc. IX. lat. ped. II. exstat apud me.

Tab. cxlii. *POLYMESTOR cum filiis ab Hecuba necatus*; ex anaglypho marmoreae urnae, alt. ped. I. unc. VII. lat. ped. II. in Museo Mediceo.

Tab. cxliii. *VLYSSES apud Circen potus*, ex Vase Biblioth. Vatic. picto, alt. circiter ped. I.

Tab. cxliv. *CIRCE Vlyssis socium feris obiiciens*; ex parte tripodis aerei, alt. I. ped. in Museo Mediceo.

Tab. cxlv. *PERSEVS Medusam interficiens*; ex aereo, & adsimili pede tripodis, exstat ibidem.

Tab. cxlvi. *ELPENORIS FVNVS*, ex anaglypho marmor. alt. ped. I. unc. III. lat. ped. II. in Museo Gaddio.

Tab. cxlvii. *VLYSSES Sirenes praetervectus*. I. ex urna marmorea, alt. ped. I. & unc. VIII. lat. ped. II. exstat Volaterris apud Nobb. Maffeios. II. ex anaglypho urnae eiusdem magnitudinis, Florentiae apud Bonarrotios.

Tab. cxviii. *SCYLLA*, ex urna marmorea, alta ped. II. unc. IV. lat. ped. II. Perusiae in suburbana Villa Eugenia. II. *CHARYBDIS*, ibidem, urna marmor. eiusdem fere maguitud.

Tab. cxlviiii. I. *TELEGONVS imprudens Vlyssem patrem occidens*; ex urna marmorea Perusiae apud Nobb. Crispoltios, alt. ped. II. lat. I. unc. V. II. *BELVS gladii inventor*, ex urna marm. Perusiae in Villa Eugenia, eiusdem magnitudinis ut superior.

Tab. cl. *ORESTIS & PYLADIS expiatio*; ex urna marm. alt. ped. II. unc. IV. lat. fere ped. II. Clusii apud Nob. Innocentium Nardium.

Tab.

TAB. CLI. *ORESTES & PYLADES a Furiis agitati* ; ex urna marmorea apud eumdem, alt. ped. II. unc. XII. lat. ped. II.

TAB. CLII. *HIPPOCENTAURORUM exitialis pugna* ; ex urna e lap. toph. exstat in Museo Mediceo, alt. ped. I. & unc. VI. lat. ped. II. Altera urna marmorea, alta ped. II. lat. ped. II. unc. VI. exstat Volaterris, in aedibus Nobb. Maffeiorum.

TAB. CLIII. *HIPPOCENTAURIDIS exitialis pugna* ; ex urna marmorea, alt. ped. I. unc. VI. lat. ped. II. Volaterris, ex praediis Franceschinis.

TAB. CLIIII. I. *GRYPHUS irruens in milites* ; ex urna marmorea, Volaterris, e praediis Franceschiniis, alt. ped. I. unc. II. lat. ped. II. Altera exstat in aedibus Paolozianis Clusii, e marmore, alt. ped. II. unc. IV. lat. ped. II.

TAB. CLV. *GRYPHUS* ex aere eiusd. magnitudinis, exstat Cortonae in Museo Corazio. II. *CHIMAERA* ex aere, Arretii effossa, opus insigne; alta ped. III. exstat in Museo Mediceo.

TAB. CLVI. *DRACO* ex urna e lap. toph. Volaterris, e praediis Franceschiniis, alt. ped. I. unc. V. lat. ped. I. unc. XIII. Altera marmorea, in qua *LEAENAE*, exstat ibidem, alt. ped. III. unc. II. lat. ped. II. unc. VIII.

TAB. CLVII. Adferuntur V. Urnulae Etruscae fictiles, e Museo Bucellio Montis Politiani.

TAB. CLVIII. Adferuntur V. Urnulae Etruscae fictiles, ex eodem Museo.

TAB. CLVIIII. *DII animarum ad Elysios ductores per Oceanum, Genius, Hercules & Mercurius* ; ex pictura insignis Vasculi Etrusci ; exstat in Museo C. V. Matthaei Aegyptii, Nob. Neap.

CLASSIS III.

TAB. CLX. *CHOREAE in honorem Deorum* ; e marmorea columella seu hypobasi, alt. & lat. ped. II. quae exstat Clusii in aedibus Paolozianis.

TAB. CLXI. Vasculum, pictura Aegyptia insigne, alt. unc. VIII. exstat in Bibliotheca Vaticana.

TAB. CLXII. CLXIII. CLXIIII. Vasculum Etruscum elegantissimum, alt. ped. II. unc. II. exstat in Bibliotheca Vaticana ; in eo pictum *IOVIS festum & sacrum*, triplici schemate.

TAB. CLXV. Vas *monota* Etruscum fictile, figuris anaglyphi operis effictum ; exstat Adriae in Museo C. V. Octavii de Bucchis, Nob. Adriensis.

TAB. CLXVI. *GENII SACRUM a feminis celebratum* ; pictum in Vasculo perparvo, quod exstat in Museo C. V. Matthaei Aegyptii, Nob. Neapol.

TAB. CLXVII. CLXVIII. *Veneris, Amoris & Hymenaei sacrum* ; pictum in Vasculo Etrusco eiusdem magnitudinis, exstat Neapol. in Museo Presbyt. Oratorii.

TAB. CLXVIIII. I. Urna marmorea, alta ped. I. unc. VI. lat. ped. II. in qua *MATRES, seu FATA Etruscorum* ; exstat Volaterris, e praediis Franceschiniis. II. Urna marmorea, alta ped. I. unc. VII. lat. ped. II. unc. V. in qua *SPONSI carpento vecti ad sacra* ; exstat Volaterris, in aedibus Nobb. Falconciniorum.

TAB. CLXX. Urnae marmoreae, Volaterris, e praediis Franceschiniis, exhibent *INITIATOS ad sacra Etruriae* ; alt. ped. I. unc. IV. lat. ped. I. unc. XII. ambae magnitud. fere similes.

TAB. CLXXI. *SACRA CABIRIA*, sculpta in urnis marmoreis. I. alt. ped. I. unc. III. lat. ped. II. Volaterris, e praediis Franceschiniis. Altera cum *Pueris initiatis*, ibidem, alt. ped. I. unc. III. lat. ped. I. unc. XIII.

TAB. CLXXII. Urna I. marmorea, alt. ped. II. unc. VII. lat. ped. III. exstat Perusiae in Museo Ansideorum. Urna II. marmorea, alt. ped. II. lat. ped. II. unc. VIII. apud Ugolinios ; in his *SACRA MITHRIACA sive solemnis BAPTISMUS Etruscorum*.

TAB. CLXXIII. *SACRA MITHRIACA igne peracta* ; picta in Vase Etrusco eiusdem magnitudinis, in Museo V. C. Abbatis Ludovici Constantii.

TAB.

Tab. clxxiiii. Vrna I. ex lap. toph. Volaterris, e praediis Francefchiniis, alt. ped. i. unc. iiI. lat. ped. i. unc. xiii. Vrna II. marmorea, ibidem, alta ped. i. unc. i. lat. ped. iI. unc. i. in his fculpta *SACRA MITHRIACA fufo fanguine fufcepta*.

Tab. clxxv. *SACRA ACHERONTICA*, fculpta in urna marmorea, alta ped. iiI. lat. ped. iI. unc. viii. exftat Perufiae apud N. Vgolinios.

Tab. clxxvi. *ARVLA TRIPES*, ex aere eiufdem magnitudinis, exftat Cortonae in Mufeo Corazio.

CLASSIS IIII.

Tab. clxxvii. *CASSIS feu GALEA*, *Etrufca infcriptione infignis*, ex aere eiufdem magnitudinis, exftat in Mufeo Mediceo, olim in Andreinio.

Tab. clxxviii. *FOEDVS Etrufcorum*, *iunctis dextris ictum*, fculptum in urna marmorea, alt. ped. i. unc. vii. lat. ped. iI. Volaterris, e praediis Francefchiniis.

Tab. clxxviiii. *TRIVMPHVS & OVATIO Etrufcorum*, fculpta in urna marmorea, alta ped. iiI. lat. ped. circiter iv. exftat in Villa Nobb. Giacominiorum *ad Bonazam*.

Tab. clxxx. *LVDI EQVESTRES*, ex urna marmorea, alta ped. iiI. lat. ped. circ. iI. exftat in Villa Com. & Equitis Fabricii de Eugeniis, Patr. Perufini.

Tab. clxxxi. cixxxii. clxxxiii. clxxxiiii. clxxxv. *THRONVS MITHRIACVS ETRVSCVS* marmor. alt. pal. Rom. iiI. cum iiI. quadr. exftat Romae in Mufeo Eminentifs. Principis S. R. E. Card. corsinii.

Tab. clxxxvi. I. II. *HISTRIONES. MIMI Etrufcae Scenae*, ex aere alt. unc. iI. & amplius, e Mufeo Corazio. III. Patera aerea, alta unc. v. ibidem. IV. Patera aerea, alta unc. iv. in Mufeo Magninio, Romae. V. Patera aerea, alta unc. v. in Mufeo Corazio; excepto tamen in fingulis manubrio.

Tab. clxxxvii. *LVDIONES*, *Deorum perfonam gerentes*, picti in Vafculo Etrufco, alto i. ped. in Mufeo Barberinio.

Tab. clxxxviii. *RETIARII & MYRMILLONIS Etrufci pugna*, picta in Vafculo, alt. unc. xv. lat. unc. xvi. exftat apud N. Franzofo Adriae.

Tab. clxxxviiii. *NVPTIAE ETRVSCORVM*, fculptae in urna I. ex lap. toph. alt. ped. iI. lat. ped. iiI. exftat in Mufeo Mediceo. Altera e marm. eiufdem fere magnitudinis, Volaterris, e praediis Francefchiniis.

Tab. cxc. *TRICLINIA ETRVSCORVM*. I. Vrna fictilis alt. ped. iI. lat. ped. i. unc. vii. in Mufeo Corazio. II. Icon viri cenantis e marmor. alt. ped. i. lat. iI. unc. viii. in Villa Nobb. Giacominiorum *ad Bonazam*. III. Vrna marmor. alta ped. circiter iI. lat. pedes i. unc. viii. Perufiae apud Nobb. Meniconios.

A tab. cxci. ad cxcv. Cineraria tum marmorea, tum fictilia, & opercula Vrnarum, Montis Politiani exftant, in Mufeo Bucellio.

CLASSIS V.

Tab. cxcvi. cxcvii. *MONETAE ETRVSCORVM*. Mufea, in queis exftant, in Obfervationibus, a pag. 419. ad 430. indicantur fuis locis.

Tab. cxcviii. cxcviiii. *GEMMAE ETRVSCORVM*, caelatura in Scarabeis. Suis locis in Obfervationibus indicantur Mufea, in quibus exftant.

Tab. cc. *ARATOR ETRVSCVS*. Symplegma ex aere eiufdem magnitud. exftat Romae, in Collegio Romano Societatis Iefu.

FAV-

FAVTORVM
HVIVS OPERIS NOMINA
QVIBVS TABVLAS AERE INCISAS
D. D.
ANT. FRANCISCVS GORIVS.

D. *Matthaeo* AEGYPTIO *Iuris Consulto, Nob. Viro Neapolitano.* Tabula CXXXVIII.

D. *Abbati March. Laurentio De* ALBIZIS, *Equiti & Patricio Florentino.* Tab. LXXII.

D. *Vincentio* ANTINORIO, *Senatori & Patric. Flor. Priori Equit. D. Stephani.* Tab. XCVII.

D. *Iosepho* AVERANIO *I. C. Flor. & in Pisano Athenaeo Iuris Civilis Professori Ordinario.* Tab. CLXXII.

D. *Horatio ex Comitibus* BARDIIS, *Patric. Florent.* Tab. CLVIIII.

D. *Ferdinando* BARTHOLOMEIO, *March. & Patric. Florent. Magni Ducis Etrur. ad Caesarem Aug. Ablegato.* Tab. XXXVIII.

D. *Donato Mariae* BECATTINIO, *Praepos. Orat. Florentini S. Mariae Bigalli & Misericordiae.* Tab. XLV.

D. *Iosepho* BIANCHINIO *I. V. D. Pratensi.* Tab. CLV.

D. *Ottavio* BOCCHIO, *Nobili Adriensi.* Tab. CLXV.

D. *Hieronymo Comiti* BOLOGNETTIO, *Patricio Bononiensi.* Tab. LX.

D. *Leonardo* BONARROTIO, *Cl. Philippi Senatoris Filio, Patricio Florentino.* Tab. LXXXVIII.

D. *Iosepho Mariae* BONARROTIO, *Patr. Ianuensi.* Tab. CXXVI.

D. *Francisco Mariae* BONDELMONTIO, *Senat. Equiti & Patricio Florentino.* Tab. XLVIII.

D. *Ioanni* BOTTARIO *Praesuli, a Secretiori Sacello Pontificio.* Tab. CLXI.

D. *Carolo* BRINSDEN, *A. B. Colleg. Baliol. Oxon.* Tab. LI.

D. *Iosepho Mariae* BROCCHIO, *S. Th. D. Florentini Seminarii Moderatori.* Tab. XXXVII.

D. *Michaëli* BVONAMICI, *Equiti D. Steph. Patr. Volaterr.* Tab. XVI.

D. *Caspari* BVRMANNO *I. C. Vrbis Traiectinae Senat. &c.* Tab. LXVIIII.

D. *Petro* BVRMANNO *I. C. Histor. Eloq. Graecae Linguae, Poës. & Histor. Prof. &c.* Tab. CXLI.

D.

D. *Fr. Thomae* CANIGIANIO, *Commendatori Hierosolym. Patricio Florentino*. Tab. CXXXIIII.
D. *Henrico* CANNEGIETERO, *Professori Arenacensi*. Tab. CXXIII.
D. *Alexandro Gregorio* CAPPONIO, *Marchioni, Sacri Palatii Pontificii Forerio Maiori*. Tab. LXXXVI.
D. D. *Camillo Comiti & Equiti* CAPPONIO, *& Ferdinando Commend. Ord. Hyerosolimit. Patric. Flor. alumnis meis*. Tab. XL.
D. *Ferranti* CAPPONIO, *Senat. Com. & Eq. Patr. Flor.* Tab. XXXVI.
D. *Ioanni Vincentio* CAPPONIO, *Canonico Florentino*. CLXXIII.
D. *Mariae Septimiae* CAPPONIAE, *Clarissimi Senat. F.* Tab. CXXI.
D. *Roberto* CAPPONIO, *March. Equiti & Patric. Flor.* Tab. LXI.
D. *Io. Baptistae Comiti* CASOTTIO, *Eccl. Imprunet. P. Design.* Tab. LXXI.
D. *Aulo Laurentio* CECINA, *Advocato & Patr. Volaterr.* Tab. XIIII.
D. *Cerchio Dominico De* CERCHIIS, *Senatori, Equiti & Patricio Florent.* Tab. LXIII.
D. *Alexandro Iosepho* CHIAPPINIO, *ex Ord. Canonic. Reg. Abbati S. Augustini Placentiae*. Tab. CXLVII.
D. *Benedicto* COLETTIO, *Nob. Florentino*. Tab. XXXI.
D. *Iacobo De* COMITIBUS, *Patricio Asculano, Magno Etruriae Duci a supplicibus Libellis, & ab intimis Consiliis, &c.* Tab. XXVIIII.
D. *Abb. Mario* COMPAGNONIO, *Patr. Maceratensi*. Tab. CLXXVIII.
D. *Galeotto* CORAZIO, *Equiti & Patric. Cortonensi*. Tab. XLI.
D. *Michaëli Angelo* CORSIO, *Abbati Olivet. Patricio Florentino*. Tab. CXXVII.
NEREO CORSINIO *S. R. E. Diacono Cardinali, Clementis XII. Pont. Max. Fratris Filio*. Tab. I.

D. *Andreae* DANTI, *Praepos. Castri Franchi*. Tab. XXXIIII.
D. *Thomae Dereham De* DEREHAM *Magn. Britan. Baronetto, Reg. Societ. Socio*. Tab. L.
D. *Nereo* DRAGOMANNIO *I. C. Senatori & Patr. Flor.* Tab. LXV.

D. *Francisco Antonio* FERONIO, *Marchioni Bellavistae, Patricio Flor.* Tab. CLXVIII.
D. *Francisco De* FICORONIBUS, *Socio regiae Acad. Paris. Antiquario Romano*. Tab. XCII.
D. *Virgilio L. B. De* FIRMIAN, *Metropol. Salisburg. & Cathedr. Passav. Canonico*. Tab. CLXXV.
D. *Christiano Gabrieli* FISCHER, *Philosopho Regiomontano*. Tab. XCI.
D. *Martino* FOLKES, *Armigero, Anglo Brit. Regalis Societ. Lond. Vice-Praesidi*. Tab. CXXXV.

D.

D. Antonio Francisco MARMIO, *Equiti D. Steph. regio Biblioth. Magni Ducis Etruriae, in Flor. Acad. Etruscae Linguae Profess.* Tab. CXX.
D. D. Iosepho Mariae MARTELLIO, *Archiepiscopo Florent.* Tab. III.
D. Nicolao MARTELLIO, *Equestris Ordinis D. Stephani Baiulivo, Patricio Flor.* Tab. XCIII.
D. Abbati Dominico MARTELLIO, *Patricio Florentino.* Tab. CXLIIII.
D. Christophoro MARZI-MEDICI, *I. V. D. Senatori & Patricio Flor. Equiti D. Steph.* Tab. XXX.
D. Vincentio Eq. MARZI-MEDICI, *Cubicular. Honor. Clem.* XII. *P. M. & D. Ab. Aloysio* MARZI-MEDICI, *Eq. & Patr. Flor.* Tab. LXXV.
D. Carolo Ottoni MENCKENIO, *Lipsiensi.* Tab. XII.
P. D. Ioanni Benedicto MITERELLIO, *Camaldul. Ord. Monach. Theol. & Philosoph. Professori.* Tab. CLXXX.
D. P. Iacobo Del MONACO *Praeposito Presbyt. Orat. Neapol.* Tab. CXXX.
D. D. Philippo MONTIO, *Praesuli Sacrae Congregationis de Propaganda Fide a Secretis.* Tab. V.
D. Danieli MOORE, *Anglo.* Tab. LXXVIII.

D. Abbati Antonio NICCOLINIO, *e Marchionibus Pontis Sacci, Patricio Florentino.* Tab. CXXXII.
D. Hadriano Mauritio Duci De NOAILLES, *Pari & Marescallo Franciae &c.* Tab. VII.

D. Ioanni Danieli OLENSCHLAGER, *Patr. Francofurt.* Tab. LXXXIII.
D. Hannibali de Abbatibus, OLIVERIO, *Patr. Pisaurensi.* Tab. XLIIII.
D. Iacobo Philippo D' ORVILLE *I. C. Historiarum, Eloquentiae & Linguae Graecae in Amstelaed. Athenaeo Professori.* Tab. XXVI.
D. Petro D' ORVILLE, *Iuris Consulto Amstelaedamensi.* Tab. LXVIII.
D. Ottolino OTTOLINIO, *Comiti & Patric. Veronensi.* Tab. LXXXVIIII.

D. Camillo PANDOLFINIO, *Senatori, Eq. & Patr. Flor.* Tab. CXXXVI.
D. Zenobio PAOLI, *Florentino.* Tab. CVI.
D. Bernardo PAPERINIO, *Typographo Florentino.* Tab. LXXXIIII.
D. Praeposito PASINIO, *Patavino, Professori S. Scripturae & Linguae Hebraicae in regia Univers. Aug. Taurin.* Tab. CLXXXV.
D. Ioanni Hieronymo De PAZZIS, *Eq. & Patricio Flor.* Tab. CXXXIII.
D. Bindo Simoni PERUZZIO, *Patr. Flor. in patrio Lyceo Etrusc. Litter. Professori.* Tab. CLXXXVI.
D. Ioanni Stephano PESSAGNIO, *Nob. Ianuensi.* Tab. CXXVIII.
D. Alexandro Comiti PETRONIO, *Patricio Romano, Equiti D. Stephani.* Tab. XXV.

D.

D. *Cardolo Mariae Marchioni* PIANETTIO, *Mannellio*, *Cardolio*, *Patricio Aesino*. Tab. CLXVI.
D. *Ioanni* POLENO, *Marchioni*, *in Patavina Academia Matheseos Professori*. Tab. XXIIII.
D. D. PRAEFECTIS *Bibliothecae Roncioniae Pratensi*. Tab. CIIII.
D. D. PRAEFECTIS *Bibliothecae publicae Eugubii*. Tab. XXXV.
D. *Angelo Antonio* PROCACCELLIO, *Nob. Neapolitano*. Tab. LXXXII.

D. *Gregorio* REDIO, *Equestris Ordinis S. Stephani Baiulivo*, *Patricio Arretino*. Tab. XXVIII.
D. *Bindaccio Baroni De* RICASOLIS, *Praefecto Regiae Cohortis M. D. Etruriae*, *Equiti & Patricio Florentino*. Tab. CXV.
D. *Gabrieli* RICCARDIO, *Canonico Florentino*. Tab. VIII.
D. *Vincentio* RICCARDIO, *Senatori Florentino*, *Marchioni*, *Equiti*, *regiae Gazae Magni Ducis Etruriae Praefecto &c.* Tab. LXXIIII.
D. *Octavio* RICCIARDIO, *Patricio Florentino*. Tab. CXL.
D. *Francisco* RICOVERIO, *Custodi regiae Villae Castelli & aliarum Magni Ducis Etruriae*. Tab. CLXXXVII.
D. *Fulco Marchioni* RINUCCINIO, *Eq. & Patr. Flor.* Tab. CXXII.
D. *P.* ROMA, *Gallo*, *Generali Ord. P. P. Minim. Consiliario Regis Sardiniae*, *Bibliothecario Universit. Aug. Taurin.* Tab. CLXII.
D. *Ioanni Andreae*, *Marci Eq. F. Del* ROSSIO, *Patr. Florentino*, *Equiti D. Stephani*. Tab. CLII.

D. *Ascanio* SAMMINIATI, *Patricio & Senatori Flor.* Tab. LXXIII.
D. *Ioanni* SANSEDONIO, *Equiti & Patricio Senensi*. Tab. LXVII.
D. *Abbati Ioanni Francisco* SARCHIO, *I. V. D. Flor.* Tab. CXLIII.
D. *Liviae Fortunatae Ioannis F. Pieriae*, SARCHIAE. Tab. CLXXXIX.
D. *Marco Antonio* SCALANDRONIO, *Eq. Patr. Flor.* Tab. CXXVIIII.
D. *Ricardo Comiti De* SCARBORUGH, *Cohortium Praetor. Praef. Praet. &c.* Tab. XC.
D. *Gabrieli* SCARMAGLIA, *Decano Monachorum Casinensium Romae*. Tab. LXXVII.
D. *Antonio* SERMOLLIO, *Equiti Ord. S. Stephani*, *Nob. Volaterrano & Florentino*. Tab. CXII.
D. *Iosepho De* SEYTRES, *Cavimontis Marchioni*, *Academiae regalis Inscriptionum & humaniorum Litterarum Academico*. Tab. CLXXIIII.
D. D. *Nicolao De* SIMEONIBUS, *Episcopo Marcianensi*. Tab. XXXII.
D. *Ioanni* SMITH, *Anglo*. Tab. XXXVIIII.
D. *Iosepho* SMITH, *Anglo*, *Venetiis*. Tab. XXI.
D. *Hugoni* SMITHSON, *Anglo*, *Eq. Baronetto*. Tab. XVII.

D. D. Ioanni Francisco STOPPANIO, *Corinthi Archiepiscopo &c. ad Magn. Etruriae Ducem Nuncio Apostolico.* Tab. II.

D. Henrico Iosepho THOMASSIN, *Domino de Mazaugues, in Gallo-Prov. Senatu Praesidi.* Tab. CXXIIII.
D. Iosepho S. R. I. Comiti de THVNN, *Ecclesiae Metropolitanae Salisburgensis & Passaviensis Canonico.* Tab. LIIII.
D. Carolo Marchioni TORRIGIANIO, *Patricio Florentino.* Tab. LXXX.
D. Io. Vincentio March. TORRIGIANIO, *Patr. Flor.* Tab. LXXVIIII.
D. Fr. Lucae TORRIGIANIO, *Equiti Hierosol. Marchioni & Patricio Florentino.* Tab. LXXXI.
D. D. TOVRTON & BOVR, *Parisiensibus.* Tab. LXXVI.

D. Ioanni Blaurero a VVARTENSEE, *Bibliothecae Tigurinorum Praesidi, Senatori & Archioeconomo &c.* Tab. XLVIIII.
D. Abbati Ansano VASELLIO, *Senensi, Professori Geometriae in regio Athenaeo Aug. Taurin.* Tab. LV.
D. Carolo VENTVRA, *Nobili Ianuensi.* Tab. XXVII.
D. Andreae a VERRAZZANO, *Equiti Sacri Ord. D. Stephani, Patricio Florentino.* Tab. CLXXI.
D. Abbati Octaviano VGOLINIO, *Equiti D. Stephani, Patricio Florentino.* Tab. CLXVIIII.
D. Alexandro Marchioni VICTORIO, *Equiti D. Stephani, Patricio Florentino & Romano.* Tab. XV.
D. Francisco VICTORIO, *Equiti Sacri Ordinis D. Stephani, Patricio Florentino & Romano.* Tab. CLXX.
D. Paulo VICTORIO, *Equiti D. Stephani, Patricio Flor.* Tab. XCV.
D. Ioseph Comiti Arconati VISCONTI, *Patr. Mediol.* Tab. CLXXVIIII.

D. Antonio Mariae q. Hieronymi, & D. Antonio Mariae d. Alexand. ZANNETTIIS, *eximiis Pictoribus Venetis.* Tab. XLIII.
D. Dominico ZANOBINIO, *Civi Florentino.* Tab. XCVI.
D. Roberto ZEFFERINIO, *Comiti & Patricio Florentino.* Tab. CXXV.
D. Apostolo ZENO, *Nobili Veneto, Poëtae & Historico Caesaris Augusti.* Tab. LXX.

OR-

ORTHIVM
CARMEN LAMENTABILE
ETRVSCORVM ANTIQVORVM

EDITO

ANTIGRAPHO TABVLAE

EVGVBINAE

ETRVSCIS LITTERIS SCRIPTAE

NVNC PRIMVM INTERPRETATVM
NOTISQVE ILLVSTRATVM

LABORE ET STVDIO

ANTONII FRANCISCI GORI

IN FLOR. LYCEO HISTORIARVM PROF.
ET ACADEMICI ETRVSCI.

FLORENTIAE.

ANNO CIↃ.IↃ.CC.XXXVII.

PRAESTANTISSIMO VIRO

ANTONIO NICOLINIO

ABBATI . E MARCHIONIBVS PONTIS SACCI.

PATRICIO FLORENTINO

DIVINI HVMANIQVE IVRIS CONSVLTISSIMO.

FLORENTINAE BOTANICORVM SOCIETATIS

PRAESIDI INCLYTO.

APATHISTARVM ACADEMIAE

IN PERSOLVENDIS EX TEMPORE

DIFFICILLIMIS PROBLEMATIS

INTERPRETI

MVLTIPLICI ERVDITIONE TVM GRAECA

TVM ROMANA OMNISQVE ANTIQVITATIS

COGNITIONE EXCVLTISSIMO.

VTILITATIS ET GLORIAE OPTIMARVM ARTIVM

IVRIS AC NECESSITVDINIS HOSPITII

IN EXTEROS OMNES

FAVTORI ET CVLTORI EXIMIO.

MAGNORVM PRINCIPVM DOCTORVMQVE HOMINVM

OB EGREGIAS ANIMI DOTES

INSIGNEM PATRIAE AMOREM

ET ADSIDVVM BENE DE OMNIBVS MERENDI STVDIVM

AMICITIIS CLARO.

INTERPRETATIONEM HANC

ETRVSCAE TABVLAE EVGVBINAE

NVNC PRIMVM EDITAM NOTISQVE ILLVSTRATAM

PERENNE OBSEQVII SVI MONIMENTVM

ANT. FRANCISCVS GORIVS

A . L . D . D .

PROLEGOMENA

AD INTERPRETATIONEM

ETRVSCAE TABVLAE EVGVBINAE.

MONVMENTORVM omnium, quotquot exſtant ad hoc tempus, Aegyptiis exceptis, antiquiſſimae ſunt aheneae TABVLAE EVGVBINAE; dubio etiam procul genuinae ac ſincerae, proindeque toto orbe celeberrimae, quae in publico Eugubinorum Tabulario nunc diligentiſſime adſervantur. Hae ſunt ſeptem: duae Pelaſgicis, quinque Etruſcis litteris ſcriptae, haud quidem unica, ſed diverſa manu, diverſo etiam ſtilo ac forma. His ſi addendam exiſtimes illam, perbrevem quidem, votivam Tabulam, quae incipit LERPIRIOR, editam a Sponio (1), a qua removendae ſunt figurae Apollinis & Clatrae, quae eidem inſcriptioni Pelaſgicae coaevae non ſunt, ſed πάρεργα, ab imperito exſcriptore addita, cenſeri debent, ut nuper erudite obſervavit V. C. Hannibal de Abbatibus Oliverius, Patricius Piſaurenſis, mihi amiciſſimus (2), erunt octo: & haec Tabula non Eugubii, ſed Romae exſtare dicitur: ſi vero addendam cenſes & alteram, a reliquis diverſam, quae incipit CLAVERNIVR, erunt novem: quarum quatuor ad veteres Pelaſgos, quinque ad Etruſcos, id litteris perſpicue indicantibus, indubitanter pertinent.

Eugubii, ſive, ut veteres dixere, Iguvii, Vmbrorum urbe nobiliſſima, anno CIↃ.CCCCXLIV. prope Theatrum, in ſubterranea quadam concameratione, hae Tabulae inſignes inventae ſunt. Statim ac fama huius praeclari inventi increbuit, atque inſcriptiones innotuere, mirum quantum in illuſtranda Etruſcorum priſca lingua deſudarint illuſtres ingenio & linguarum ſcientia viri: quot Alphabeta in lucem prodierint: quot etiam adhuc ubique latitent, praeſertim vero in Florentinis Bibliothecis, quae vidi. Per annos ducentos & octoginta ab eo tempore, quo inventae ſunt hae Tabulae Eugubinae, qua concinnandis Alphabetis, qua oſtendenda Etruſcae linguae origine deſudatum eſt: aliis ex Hebraico & Chaldaico fonte: aliis ex Syriaco, & ut volebant, Aramaeo: aliis ex Hebraico ſive Aſſyrio: aliis ex Phoenicio ſaltem & Punico, ſingulis pro lubi-

(1) Miſcell. erudite Antiquitatis Sect. III. num. XXXIII. pag. 87.

(2) In Explic. edit. vern. ſermone aliquot Monum. Pelaſg. Piſauri MDCCXXXV.

lubito, quod videbatur, vocum Etruſcarum etymon deducentibus ac proponentibus, irrito labore; nam quomodo legendi eſſent characteres & inſcriptiones, quod erat faciendum, nondum nemo monſtraverat. Huius egregii ſtudii immenſique laboris hiſtoriam curatiorem praetermitto, ne taedio lectorem adficiam, praeſertim quum id diligenter praeſtiterit Iuſtus Fontaninius Archiepiſcopus Ancyranus, de Antiquitatibus Hortae diſſerens (1), qui tria diverſa Alphabeta Gabrielii & Baldii, Paulli Merulae & Gruteri, demum noſtri Coſmae de Arena propoſuit.

Hoc noſtro feliciore ſeculo, veritatem primus omnium propius adſpexit ac detexit Ampliſſimus Senator Bonarrotius, qui multo ſtudio, obſervatis paene omnibus Etruſcorum inſcriptis monumentis, Alphabetum meliore iudicio digeſſit, non tamen omnes difficultates ſuperavit: vir plane in re antiquaria peritiſſimus, ſed cautiſſimus. Patefacto a Bonarrotio maxima ex parte caliginoſo itinere, fulgentem facem poſtmodum extulit Ludovicus Bourguettius, vir mea praedicatione maior, qui edito Alphabeto veterum Etruſcorum, una cum Hebraico, Samaritano, Graeco, Arcadico & Pelaſgico, ut ex propoſito ſexplici ſchemate litterarum ſimilitudo & origo obſervari poſſet: interpretatis compluribus Etruſcis inſcriptionibus; edita etiam interpretatione Tabulae Eugubinae, Pelaſgicis litteris, iiſdem prorſus ac Latinis, ſcriptae, quae incipit ESTE. PERSCLO. praeclaro ſane ſtudio ac feliciore cura, rem paene totam reſtituit. Etruſcorum litteras, figura & poteſtate diverſas, XXIIII. eſſe oſtendit: nonnullas quoque duplices poſt editum laterculum indicavit.

Horum Duumvirûm, de Etruſcis ac Pelaſgicis antiquitatibus optime meritorum, veſtigiis inſiſtens, pro ſymbola meam quoque curam & laborem conferre volui. Igitur quum totam fere Etruriam perluſtraſſem, ut accurate id quod mihi propoſueram praeſtarem, inſcriptiones omnes ipſe αὐτόπτης & αὐτόχειρ exſcripſi: quo facto, detectis non paucis erroribus, qui irrepſere, Alphabetum Etruſcum conſtruxi, ſexdecim tantum litteris compoſitum, & quidem veritati propius, ut mihi viſum eſt. Nam quum viderem Etruſcas litteras vel parum vel nihil differre a litteris Phoeniciis ſive Cadmeis, quas ipſi etiam Graeci a Cadmo Phoenice acceperunt: nec differre etiam a primaevo ſcribendi genere tum Orientalium tum Graecorum a dextra ſiniſtrorſum, uti exemplo eſt Sigeus lapis ab eruditiſſimo Edmundo Chishullio editus & illuſtratus (nam ſcribendi βουστροφηδόν (2), ſerius propoſitum

(1) Libro II. Cap. VII.

(2) Bonarrotius ad Dempſterum pag. 91.

tum uſurpatumque videtur, ubi forſitan prima antiquiſſima ſcribendi ratio deſuevit: idcirco quemadmodum ab Etruſcis ſervatas videbam Graecarum litterarum priſcas figuras, quas a Phoenicibus acceptas variataſque in Graeciam intulit Cadmus, & ſiniſtrorſum ſcribendi uſum antiquiſſimum; cenſui etiam ſervatum eumdem litterarum numerum: & primo quidem ſimplicium, quae duodecim ſunt: deinde quatuor duplicium ſive compoſitarum; proindeque nunc ſecundis curis comperi, Etruſcos, Graecorum vetuſtiſſimorum exemplo, has XVI. litteras habuiſſe.

	Etruſcorum antiquorum Litterae.		*Pelaſgorum & Latinorum Litterae.*
I.	Ꭿ.	Ꭿ · Ꭿ · Ꭿ · ... · A · A · A.	A.
II.	Ǝ.	Ǝ · Ǝ · Ǝ · Ǝ · ... · Ǝ · Ǝ · E · E · Ɛ.	E.
III.	I.	I · I · I.	I.
IIII.	ꓘ.	ꓘ · ꓘ · ꓘ · > · Ɔ · K · <. | ...	K.
V.	⅃.	⅃ · ⅃ · ⅃ · ⅃ · ⅃ · J · ⅃ · ⅄ · L · L · Λ.	L.
VI.	M.	M · M · M · M · M · M · M.	M.
VII.	И.	И · И · И · И · И · И.	N.
VIII.	1.	1 · 1 · 1 · 1 · Ր · Γ · Γ.	P.
VIIII.	ꟼ. Ɑ.	◁ · ▽ · ◁ · ◁ · ꟼ · Ɑ · Ɑ · ▷ · D · P.	R.
X.	Ƨ.	Ƨ · Ƨ · Ƨ · S · S · S · Ƨ · Ƨ · Ƨ · Ƨ · Ʒ.	S.
XI.	Ϯ.	Ϯ · Ϯ · Y · Ͱ · Ⱶ · + · +.	T.
XII.	V. Ⅎ.	V · Y · V · V · Y. | ...	V.
XIII.	⊙.	⊙ · O · ◇ · ◇ · ⦶ · ⊗ · ⊖ · *addita duplex.*	TH.
XIIII.	ǂ.	ǂ. *addita, duplex ſeu compoſita, Graecis eſt* Ξ.	XS.
XV.	8.	8 · 8 · 8 · 8 · 8 · 8 · Φ. *add. compoſita, Graec.* Φ.	PH. F.
XVI.	ѱ.	ѱ. *addita, duplex ſeu compoſita, Graecis eſt* X	CH.
	⊟.	⊟. *adſpirata, auxiliaria, ſuperaddita.*	H.

Nec ſolum litteras, verum etiam fabulas cum Graecis communes habuerunt Etruſci, uti ex adlatis in hoc opere monumentis

constat multas ac praeterea proprias & peculiares. Ab Aegyptiis atque a Phoenicibus multa acceperunt, ac praesertim consuetudinem faciendi alatos Deos, ut infra videbimus.

Primigenio Graecorum Alphabeto, quae litterae additae fuerint, ostendit Plinius Lib. VII. Cap. LVI. quem vide. Igitur posthabito Alphabeto Etrusco, quod primis curis exhibui in Classe V. pag. 417. hoc rursum propono, quod ordini & veritati magis consonum mihi videtur; iudicio tamen virorum doctorum subiicio, ad quos unice adpello.

De figura, potestate & usu singularum litterarum Etruscarum heic nihil moror; quum in Classe V. fusius disseram, & singulas litteras recenseam, & tales esse probem auctoritate nominum & cognominum Deorum, quae Etruscis litteris iuxta eorum imagines in sacrificalibus pateris scriptae sunt. Quum autem constet, vetustissimos Ausones sive Auruncos, Arcades, Pelasgos, Oenotrios & Tyrrhenos, esse Graecorum colonos, ac primos in Italiam venisse, novas sibi sedes quaerentes (1), quod alibi disertius ostendam veterum Scriptorum testimoniis; minime hoc loci vereor adfirmare, Tyrrhenos, quos Latini *Etruscos* dixere, nonnisi a priscis Graecis Phoeniciis litterarum elementa accepisse: proindeque Etruscam linguam ex origine sua esse Graecam, nec ab ea nisi dialecto diversam: cuius dialectus, sicut varietatem habuit apud Atticos, Iones, Dores, Aeoles; ita etiam varia tum dicendi, tum scribendi proprietas apud Etruscos fuit: & quidem alia in interiore, alia in exteriore Etruria, quod etiam magnus Bonarrotius adnotavit (2). Variata etiam est Etruscae linguae dialectus diversis vocum desinentiis, & quadam sensim introducta primigeniarum vocum corruptione aut alteratione: cui varietati caussam, ut reor, dedere saepius ab Etruscis mutatae sedes, quesitaeque per varias orbis nationes, inter quas versati sunt, antequam ad nos venirent: ad haec inita cum multis populis foedera atque commercia. Profecto ope Graecae linguae hanc confeci Etruscae Tabulae interpretationem: agendoque expertus sum, auspice lingua Graeca, multo labore, multaque etiam adhibita diligentia & iudicio, omnes Etruscas Inscriptiones facile ita interpretari posse: quod perlubenter deinceps praestabo, si haec iacta fundamenta, meique ingenii experimenta probari a doctis viris animadvertero. Idem adfirmo de antiquissimis Pelasgorum inscriptis Tabulis. Omnium primi Pelasgi in Latium litteras, ut me-

(1) Vide Theodori Ryckii Dissertationem de primis Italiae Colonis Cap. VI.

(2) Ad Monumenta addita Dempsteriano Operi §. XLVI. pag. 101. & 107.

memorat Plinius (1), & ſcribendi rationem a dextra ſiniſtrorſum invexere. Eorum litteras, haud prorſus a Graecis diverſas, in ſuperiore laterculo recenſui, iiſdemque Latinas omnino ſimiles adiunxi; notandum tamen, & has litteras Pelaſgos habuiſſe, & Latinis tradidiſſe, nimirum B. C. D. G. O. Q. pro Q. His carent Etruſci, ſed earum loco 1. ꓘ. ✝. V. hoc eſt P. K. T. V. utuntur, uti ſuo loco in Claſſe V. oſtendimus. His H addatur auxiliaria & adſpirata, in uſu frequentius apud Pelaſgos, minus tamen frequenter apud Etruſcos. Sed de his haec ſatis.

Quemadmodum vero conſtat ex eodem Plinio (2) aliiſque auctoribus, Graecorum vetuſtiſſimo Alphabeto additas poſtmodum fuiſſe aliquot litteras a Palamede & Simonide: ita etiam Etruſcorum Alphabeto primigenio, inſecutis temporibus, additas fuiſſe aliquot litteras duplices & compoſitas, adlatis in medium exemplis, fretus etiam probabili admodum coniectura, ſuſpicor. Plinius id accidiſſe tradit Troiani belli tempore; ſed duabus ferme aetatibus ante Troianum bellum ab Etruſcis uſurpatas indicant Tabulae apud Eugubinos adſervatae, quae ⊙. ✱. & 8. habent: eaedemque ex contextu Dionyſii Halicarnaſſei, ut mox dicam, eo tempore ſcriptae creduntur. In his tamen non occurrit ↓, quae in aliis monumentis haud infrequens eſt.

Hactenus mihi ignotae fuere hae duplices & compoſitae litterae ✱ & Ⅴ; ſed paucis ab hinc diebus earum poteſtatem erui ex inſigni gemma, quam inferius profero in Tabula CXCVIII. num. IV. Scriptum in ea eſt circa Heroum imagines, nomen Etruſcis litteris, & quidem Vlyſſis in hunc modum ƎꓕVʎV, *Vluxxe*: Achillis vero ita ƎᒧƎⅤΛ, hoc eſt *Achele*. Igitur ✱, licet unica tantum haſta erecta ſcripta ſit, videtur tamen referre duplicem $^{\times}{}_{\times}$, nimirum XX, quae poteſtate ac ſono correſpondere videtur Ξ Graecorum, quam Palamedes adiunxit. Eadem littera ✱ aliter etiam ab Etruſcis ſcripta occurrit in gemma edita num. I. in eadem Tabula CXCVIII. & compoſita ex duobus litteris S & C in hunc modum Ş, ut exprimat CS. nimirum Ξ Graecorum. Altera vero duplex & compoſita littera Etruſca eſt Ⅴ, quam Bonarrotius credebat referre Ψ Graecum; ego vero vel duplicem V, vel V & ᒧ, ſcilicet *u* & *l*. ſed ex nomine Achillis ita ſcripto in eadem gemma ƎᒧƎⅤΛ *Achele*, ut dixi, comperi referre Graecorum X litteram, item additam a Palamede: adeoque eſſe CH. quod etiam, diligenter rem expendentibus, liquet; nam littera > Etruſca, quae eſt K Latinorum, & eadem

(1) Nat. Hiſt. Lib. VII. Cap. LVI. (2) Ibidem, ut videre poteris.

ac c, ita si supina scribatur v, & in medio addatur I in hunc modum ᴪ. erit KI. proindeque eadem ac littera X veterum Graecorum. Has litteras, utpote tam perspicuis exemplis destitutus, cum aliis confudit Bourguettius in suo Alphabeto. Probabile est, inter additas enumerandam etiam esse litteram ○ ⊙ ⊗, nempe TH: eam Graecorum Alphabeto ab Epicharmo potius, quam a Palamede additam mavult Aristoteles, teste Plinio. Adde etiam 8 vario modo scriptam, ex duplici, ut videtur, V Λ compositam, quae apud Etruscos est PH, sive F & apud Graecos Φ. de quibus tamen expecto doctorum hominum iudicium. Hae quoque litterae Graecorum Alphabeto a Palamede additae censentur.

Scripta sunt haec monumenta Etruscorum & Pelasgorum in Tabulis aereis, tum maioribus tum minoribus litteris, modo fere uncialibus, modo semiuncialibus. Nunc primum profero antigraphum ex archetypa Tabula desumtum, ut ita qui fuerint Etruscorum characteres (qui tamen e minoribus sunt) observentur. Vsus vero scribendi in laminis aereis vel plumbeis, ut nemo ignorat, est antiquissimus & Mosis tempore, & forsitan etiam paullo ante usurpatus, ut ex Iobi historia exploratum est (1). Tyrrheni ex patrio solo in alias sedes amandati, in Thracia fuere, teste Thucydide (2), quae aere multum abundabat (3): e qua arbitror aeris usum in Italiam invexisse, vel etiam ex aliis regionibus: de quo alibi, & de colorum pariter origine & usu, quos adhibuere in picturis, accuratius differam. Quod vero narrat Tacitus (4), Etruscos Italiam incolentes, ab Corinthio Damarato litteras didicisse, cum veritate non concordat (5); nam longe ante ipsum Damaratum, Cypseli factionem fugientem, & Tarquiniis Etruriae urbe considentem, tribus minimum seculis ante Troianum bellum, Etruscos habuisse litteras, usumque propriae linguae, complura argumenta & rationes, & harum Tabularum auctoritas facile evincit.

Narrat Dionysius Halicarnasseus (6), ex auctoritate Myrsili Lesbii, veteres Pelasgos, ac proinde etiam Etruscos, qui Italiam occuparunt, iunctique & simul intermixti fuere, duabus ferme aetatibus ante Troianum bellum, adverso Numine, sive Deorum ira ita vexatos, ut maximam perpessi sint calamitatem. Exitium intulit terra, penuria imbrium aestuque exhausta, quum nec in arboribus fructus maturescerent, sed crudi caderent ob nimiam sicci-

(1) Cap. XVIIII. vers. 23. 24.
(2) Lib. I. pag. mihi 23.
(3) Auctoris locus mihi excidit.
(4) Annal. Lib. XI. 14.
(5) Bonarr. ad Dempst. Monum. pag. 91.
(6) Ant. Rom. Lib. I. pag. mihi 18.

ſiccitatem : neque ſemina , ſi qua germinaſſent , ſpicae legitimum maturitatis tempus explerent , fontibus , pabulis , paſcuis , foetibus pecorum ubique deſolatis ac paene extinctis ob nimiam ariditatem . Mulieres gravidae aut abortum eiiciebant , aut exſpirabant in partu . Hiſtorici textum non adpono , quum brevitati ſtudeam : quiſque , ſi voluerit , eum conſulet . Id ipſum argumentum continent tum Pelaſgicae Tabulae , tum haec ipſa Etruſca , & , ni fallor , etiam aliae , quae apud Eugubinos exſtant . Quare manifeſtum eſt , duabus ferme aetatibus ante bellum Troianum exaratus eſſe ; adeoque , exceptis , ut diximus , Aegyptiis antiquitatibus , nullum exſtare his Tabulis vetuſtius monumentum .

Huius Tabulae Etruſcae interpretationi titulum feci ORTHIVM CARMEN LAMENTABILE , quia in Tabula Pelaſgica , quam interpretatus eſt V. C. Bourguettius , nuncupatur *Orthium* verſ. 26. 36. 46. quod huius carminis numeri quam altiſſima & intentiſſima voce ferrentur ; ὄρθιον enim Graeci dicunt , quod arduum eſt , & quam altiſſima voce elevatum : id etiam , adlato Homeri verſu , oſtendit Suidas (1) , de quo plura quoque Gellius (2) . Poſſunt etiam , ut recte fecit Bourguettius , inſcribi *Litaniae* , quia preces ad Iovem cum eiulatu & lamentis altiſſima voce prolatis continent : atque etiam *Threni* dici non male poſſunt ; quia lamentationes , ploratus & ululationes continent Etruriae populorum , qui fame , ſiti , ob nimiam terrae ſiccitatem , omnibus terrae fructibus peſſumdatis , miſere vexati , palantes languebant vel peribant .

Stilus huius Carminis (Carmen voco , quia aliquam metri & rythmi ſpeciem praeferre aurium iudicio videtur , & verſus non ſemper aequales id ſuadent) eſt ſimplex , haud tamen inelegans : vehemens etiam figuris , & dicendi vi crebriſque repetitionibus amplificatum . Numquam & , *atque* , *ac* , copulae occurrunt , quod ſane maximae antiquitatis indicium . Hinc diſcimus , Etruſcos ſingularem ac pluralem numerum habuiſſe , tum verba tum nomina inflexiſſe , & cum praepoſitionibus & adverbiis coniunxiſſe : varietatem & copiam in dicendo iam ab eo tempore habuiſſe : Deorum cognomina mira vi & proprietate expreſſiſſe : quae omnia opportuniore in loco alibi accuratius obſervabimus . Ex his Tabulis tum Etruſcis tum Pelaſgicis obſervare etiam non ſine voluptate poſſumus , Latinae linguae incunabula , quae non ſolum Graecae linguae , verum etiam Pelaſgicae & Etruſcae ortum ſuum & augmentum maxime debet , adeo ut horum quoque idiomatum dialectus cenſeri debeat .

Ad

(1) In eadem voce Tom. II. pag. 713. (2) Noct. Attic. Lib. XVI. Cap. XVIIII.

Ad Etruſcos arbitratus ſum pertinere hanc Tabulam a me interpretatam ; nam characteres Etruſci plane ſunt , a dextra ſiniſtrorſum ſcripti ; quum Pelaſgici , qui iidem prorſus ac Latini ſunt , a ſiniſtra dextrorſum tendant . Iidem etiam Etruſci characteres his omnino inſcriptis monumentis reſpondent ; quae in interiore Etruria inventa fuere . Vnicam tantum litteram ɑ in noſtris obſervare nondum licuit , quae in his , in Vmbria repertis , frequens eſt , & ex contextu vocum , eſſe V videtur : & interdum etiam ꓘ , ſi circulus ɑ non claudatur . Facile crediderim , antiquiſſimos Pelaſgos duplicem linguam ſive dialectum habuiſſe : alteram Etruſcis litteris , alteram Pelaſgicis , alio modo inverſis expreſſam pronunciatamque . Neque id caret exemplo ; nam etiam Poeni Punice & Lybice locuti ſunt , ut Bochartus ad Poenulum Plauti oſtendit (1) : idque confirmat Virgilius , qui Tyrios bilingues memorat (2) . Siciliam quoque , quod nationes diverſi idiomatis eam tenuerint , fuiſſe quadrilinguem accepimus . Ex eo autem , quod Virgilius (3) , Mantuam Etruſcorum coloniam laudans , dixerit : *Gentem illi triplicem , populos ſub gente quaternos , ipſamque caput fuiſſe populorum ;* coniicit Thomas Dempſterus (4) , triplicem fuiſſe veterem Etruriam , unam Tranſpadanam , ubi Mantua ſit & Hadria : alteram inter Macram & Tiberim , nimirum interiorem noſtram : tertiam cis Tiberim in Campania & in Latio , in quibus unius linguae plures dialectus , ut ſuſpicor , in uſu fuere , & adhuc ſunt.

Multa ex hac inſigniſſima Tabula diſcimus , quae ad illuſtrandam Hiſtoriam Etruſcorumque ſacros ritus & caerimonias pertinent , quae in Notis a me indicantur ; quare ea heic , ut nonnulli ad meram pompam lubenter facerent , non vacat congerere . Quia vero in verſ. 2. & 3. urnarum fit mentio , quibus ſuffitus ad placandum Iovem fiebant , quum eaedem impoſitae eſſent menſae ; ſilentio haud praeterire libet argenteum Vaſculum inauratum perinſigne , figuris undique caelatum , cum hac etiam inſcriptione ΜΑΜΜΑꓘΙ⅃⅂ , qua *Vas ſuffitus* indicatur , ut explicat V. C. Bourguettius . Eiuſdem Vaſculi , quod nunc exſtat in Mediceo Theſauro , ſchema vide in Dempſteriano Opere Tabula LXXVII. De origine ex Etruſcis Fratrum Arvalium , de cognominibus Deorum Etruſcorum , de oblationibus & votivis epulis , de decimis , quas Iovi , Marti & Diis Cabiris Etruſci ac Pelaſgi voverunt preſſi diuturnae ſiccitatis calamitate , alibi luculenter , Deo dante , diſſeram . Haec pauca in praeſenti cenſui exponenda .

OR-

(1) Geograph. ſacrae Lib. II. Cap. VI.
(2) Aeneid. Lib. I. verſ. 661.
(3) Ibidem Lib. X. verſ. 202.
(4) De Etrur. Reg. Lib. III. Cap. VIII.

Antigraphum Etruscae Tabulae Eugubinae, ex archetypa desumtum: nunc primum editum, interpretatione & notis donatum.

O R T H I I

CARMINIS LAMENTABILIS ETRVSCORVM ANTIQVORVM *INTERPRETATIO*

ADIECTIS NOTIS.

1. ESVNV : FVIA : THERTER : SVME :
Eſtote *filii* *percuſſi* *ſimul :*

2. VSTITE : SEST : ENTASIARV :
incendite *nunc* *impoſitas*

3. VRNASIARV : THVNT . AK : VVKE : PRVMV : PETATV
urnas *odoramentorum.* *remedium* *fuga* *extremi (exitii)* *diffuſi.*

1. Esvnv : a Graeco εἰμὶ, *ſum*. Veteres Latini *eſſum* ; ἔσο , ἔσοισθε . Dorice ἐσεῦνται , *erunt* . Etruſci carent *o* , pro quo *u* utuntur . Vide Feſtum in voce *Orcus* . Pelaſgi vero & Oſci *o* habuerunt : igitur ESVNV contractum videtur ab ἔσοιντο, *ſunto*. Latini veteres , Feſto teſte , uſi ſunt s pro R , facile ESVNV , quaſi *erunu . erunt* . In Tabula Pelaſgica , ſaepius in his Notis memoranda , quam primus omnium vertit Cl. Bourguettius , occurrit ESONA. ESONO. ESONIER : *ſunt* , *ſint* , *erunt* . Facile etiam eſt primum verſum , eſſe veluti titulum huius *Carminis Ortbii* , quo breviter quid a populo ſimul congregato agendum eſſet in publicis precibus, iubebatur edicebaturque. Nec eſt ſine ratione coniectura ; nam altera ex Tabulis Eugubinis, Pelaſgice ſcripta , incipit ESVC . FRATER . ATIIERIVR. docteque coniicit V. C. Hannibal de Abbatibus Oliverius, ſignificare *Edictum Fratrum Pontificum :* quaſi hic ſit titulus totius Tabulae. -- Fvia : Gr. ὑὸς, *filius ;* quia cum ſpiritu aſpero pronuntiatur , idcirco Etruſci praeponunt F : vel etiam eſt φὺς , *filius ;* inde ἀπφὺς , *pater :* a verbo φύω, *naſcor* . Verbum *fio* , dixere *fuo* veteres Latini. Infra linea II. ſcriptum eſt VIA , *fia :* nos dicimus *foia* , luxuriam & generandi libidinem. Qui aderant a Pontifice Maximo convocati , *filii* vocantur : quod etiam frequens in divinis Libris : *filii Iſraël* , *coetus filiorum Iſraël* . Levit. I. 2. *Loquere filiis Iſraël* . -- THERTER : Gr. τερέω , τειρω, *vulnero* , *percutio* . In Tabula Pelaſgica apud Dempſterum VI. verſ. 45. & 13. ſcriptum TERTIAME . TERTIV . *vulnerati* , ut corrigit Oliverius pag. 18. Pelaſgi & Etruſci, trium annorum ſpatio , plagas maximas acceperant , teſte etiam Dionyſio Halicarnaſſeo Ant. Rom. Lib. I. quae deinceps numerantur. -- SVME. Gr. σύν , *ſimul* , commutatur & apud Graecos in compoſitione ν cum μ . Veteres Latini dixere *ſumitu* , *ſimitu* & *ſimitur* , ut in antiquo lapide Inſcript. ant. Etrur. Vrb. Par. I. pag. 420. num. 274. poſtea *ſimul* . Plautus frequenter *ſimitu* ; vide & Nonium Marcellinum.

2. Vstite : *incendite*, quaſi *uſtitate :* videtur hinc Latinos feciſſe *uſtulare* , frequentativum ab *uro :* hinc *uſtrinum* , de quo vide Feſtum . Hinc ortum nomen VESTAE , Graecis Εστία, *ignis ;* nam in eius honorem ignis perpetuo accenſus cuſtodiebatur a Veſtalibus . Forſitan etiam a Gr. καίω, *incendo :* καῦσις, *uſtio* , *exuſtio* , ἐγκαυστικὴ, *genus picturae* , *adhibito igne* . Putabam etiam VSTITE eſſe a Gr. ἵστημι *adſum*, *adſiſto* , *ſto* , quod in ſacris faciundis ſolemne ; ſed potius placuit *incendite* , propter ea, quae ſequuntur . -- SEST : a Gr. σεύω, *incitare feror* , *propero* . Galli ruſtici dicunt *ſeſt* , quod valet, *modo* , *nunc* . -- ENTASIARV : a Gr. ἐντίθημι , *impono* .

3. Vrnasiarv : *urnas :* hinc Latinis *urna* , quod eſt manifeſtum . Apud Dempſterum in Etruſca inſcriptione Sepulcri Tab. LXVII. num. I. legitur ᛖAИᛖ𐌒VO AV𐌒ᚾƎ1 . hoc eſt *thurmnam petrua* . i. e. *urnam petream :* atque ita corrigendae viden-

dentur aliae duae inscriptiones, quae sequuntur in eadem Tabula, quod etiam Bourguettius & Oliverius observarunt; notandum tamen, quod ◯ etiam ita scripta, est ⊙ ⊗. TH, non O, quo carent Etrusci. -- THVNT. Gr. θύος, *odoramentum*, *suffitus*, *suffimentum*. Hinc quoque liquet, Etruscos suffitus adolevisse in honorem Deorum, ut eos muneribus & sacris placarent. Servius ad Lib. II. Aeneid. vers. 784. *Tusci a frequentia sacrificii dicti sunt*, hoc est ἀπὸ τοῦ θύειν, *a suffiendo*. Vide Plinium Lib. III. Cap. V. & fusius Dempsterum de Etrur. Reg. Lib. I. Cap. II. -- AK: Gr. ἄκος, *medela*, *sanitas*, *remedium*. Sola munera ac dona Deos placant. -- VVKE: duplex V. asperum sonum ita efficit, ut F exprimat. Gr. φυγή, *fuga*. Etrusci pro G, quam non habebant, ut diximus, K utebantur: nos hodie dicimus *voga*. *Remedium & fuga*. Numquam tum in his Tabulis Etrusce scriptis, tum in reliquis exaratis litteris Pelasgicis, ET copula adhibita occurrit, vel aliae huiusmodi; quod maximae antiquitatis indicium. -- PRVMV: duae postremae litterae ita inter se cohaerent, ut facile possint etiam referre MNV, id est PRVMNV, Gr. πρυμνὸς, *extremus*, *ultimus*. Maximae calamitates, extremae dicuntur: qua phrasi etiam nos Tusci patrio sermone dicimus, *divenuto all' estremo*. -- PETATV: a Gr. πέλαω, *expando*, *diffundo*, *extendo*: sensus est, suffitus Iovi oblati, unice avertere possunt exitium seu calamitatem hanc extremam, universalem.

4. INVK : VTHTVRV : VRTES : EVNTIS:
Dilatate guttur viri adstantes.

5. FRATER : VSTENTVTA : PVRE:
Frater ostentato igne

4. INVK: a Gr. ἰνάω, *dilato*, *pando*, *effundo*. -- VTHTVRV: *guttur*, hinc Latinos accepisse perspicuum est. Frequens adspiratae usus apud veteres Tuscos. Ps. CXIII. 7. *non clamabunt in gutture suo*. Osee Cap. VIII. vers. I. *in gutture tuo sit tuba*. Quid simile in divinis Prophetis. Ieremiae Cap. XXV. 34. *Vlulate, pastores, & clamate*. Et Cap. XLVIII. 20. *Confusus est Moab, quoniam victus est: ululate & clamate: annunciate in Arnon, quoniam vastata est Moab*. Ezechielis Cap. XXX. I. *Vlulate, vae, vae diei*. Adsimile quid in hac Tabula; nam frequenter Pontifex universo coetui clamorem, eiulatum & vociferationes indicit. Ita Christianus populus in Litaniis maioribus, ad singulas Sacerdotum vel Praecentorum preces ad Deum, clamat, *Libera nos, Domine*: vel *Te rogamus, audi nos*. Ethnici magnis vocibus ad Deos clamabant: eosque idcirco bene auritos effingebant: quod mox observo ad Tabulam I. huius operis pag. 6. -- VRTES: hinc, ut liquet, Latinis *vir*, *virtus*, cuius nominis caussam exponit Isidorus Lib. XI. Cap. XI. *Vir dictus a vi: vis* a Graeco ἴς, quod idem notat: hoc ab Hebraeo isis, *vir*, issa, *vira*. Ita Latini *virum* a *vi*. Graeci contra *vim* a *viro* dixerunt. Vide Vossii Etymolog. In Tabula Pelasgica scriptum VEIRO. VIRO. *viri*, *virorum*. -- EVNTIS: ab εἶμι, *vos*, *qui adestis*. Id etiam facile dictum, quia gravissimis urgentibus calamitatibus, hortari mos priscus erat, *viri estote*. In Divinis Libris, *Viriliter agite, confortetur cor vestrum*. Apud Homerum Ἀνέρες ἔστε φίλοι. EVNTIS igitur vel est ab εἰμὶ, *sum*, vel ab ἵστημι, *adsto*.

5. FRATER: ab Etruscis ac Pelasgis transiit ad Latinos haec vox *Frater*, valde frequens in hisce Tabulis Eugubinis. Est ab Aeolico φράτηρ, pro φράτωρ. De huiusce vocabuli etymo plura notat Vossius. Pontifex maximus suos collegas Sacerdotes adpellat *Fratres*, qui, ut arbitror, fuere *Fratres Aruales*, hac forsitan imminente calamitate instituti ab Etruscis ac Pelasgis. Varro Lib. IV. de Ling. Lat. eos *Fratres* adpellatos ait a *ferendo*, quia sacra faciunt, *ut arva ferant fruges*. Vossius tamen id non probat, quem vide. Veteres primi Christiani propter mutuam caritatem & sacrorum communionem, *fratres* se vocabant, de qua adpellatione Tertullianus Apolog. Cap. XXXIX. -- VSTENTVTA: *ostentato*, vel etiam si hoc non placet, *accenso*, ut arbitror, ex eodem ut supra vers. 2. VSTITE. Vocales saepe commutantur, ut infra ASTINTV. ASTENTV. Melius videtur OSTENTATO; nam *ostentare* vox solemnis in sacra Etruscorum disciplina, teste Macrobio Saturnal. Lib. II. Cap. XVI. & Lib. III. Cap. VII. qui meminit *ostentarii arborei*, & *ostentarii* Tarquitii Etrusci, seu potius Tarquinii. Pro *o*, ab Etruscis *u* adhibitum iam adnotavimus. -- PVRE: *igne*. Gr. πῦρ, πυρὸς, *ignis*. Phryges quoque

ignem dixere *pyr*; nam Phrygia lingua est Graeca, singulari dialecto, & vocum diversa inflexione ab aliis distincta. Plato in Cratylo, loquens de voce πῦρ, quae *ignem* significat, ita de hac re: *Certum est*, *Phryges*, *ut significent* ignem, aquam, canes, *& res multas alias*, *uti vocabulis nil abeuntibus a Graecis*, *quum ignem vocant* pyr, *aquam* hydor, *canes vero* kynus. Ex Clemente Alexandrino Phryges *aquam* βεδύ vocarunt. Eadem voce PVR, usi Pelasgi ex Tab. VI. vers. 16. apud Dempst.

6. FRATRV : MERSVS : FVST :
Fratribus . *dispersus* *fuit* .

7. KVMNAKLE : INVK : VTHTVR : VAPERE :
Pueri *dilatate* *guttur* *valide* :

8. KVMNAKLE : SISTV : SAKRE : VVEM VTHTVR
Puerae *adeste* *sacris* . *clamate* *gutture*.

6. FRATRV: videtur numeri multitudinis, vel *Fratrum*, vel potius *Fratribus*. Ostenta dicuntur; quia ostendunt, portendunt, monstrant, praedicunt aliquid aut praeter naturam rerum evenire, aut imminere, ut ex Tullio Lib. I. de Divinat. colligimus. Soli autem Fratres, nimirum ex sacro collegio homines, ignem sacrum inspicere & ostendere poterant. Seneca in Hippolyto:

Cum monstra cessant, *aula cur Fratris vacat*,
Prodigia toties orbis insueta audiet:
Natura toties legibus cedet suis.

Rationem inauspicati eventus, ostenso igne Fratribus, mox subiungit. -- MERSVS : FVST: *divisus fuit*, a Gr. μερίζω, *divido*, *in partes discindo*. Ex igne malum omen desumebant veteres Etrusci, si flamma accensi ignis in varias partes scinderetur: bonum vero, si in altum uno apice, non vero dissipato adsurgeret: quod faustum omen placatae Numinis irae inter exsilii aerumnas optabat Ovidius de Ponto Lib. IV. Eleg. IX.

Surgat ad hanc vocem plena pius ignis ab ara;
Detque bonum voto lucidus omen apex.

Igitur Pontifex, ut universum coetum filiorum Etruscorum, qui convenerant, commoveat, & ad fundendas preces Deumque placandum excitet, testatur, ignem sacrum a Fratre Fratribus Arvalibus ostensum, in partes divisum, mala ominatum esse. In alia Tabula Eugubina Pelasgice scripta, quam vertit Cl. Bourguettius, vers. 55. scriptum MERSEST. i. e. *divisus est*. -- FVST: *fuit*, ut idem Bourguettius ibidem interpretatus est.

7. KVMNAKLE: idem in sequenti versu, *pueri*, *nati*. Gr. κῦμα, κύημα, *foetus*, κύω in utero gesto; ὑὸς, *filius*, quasi κυὸς, a κυέω, *pario*, ut notat Schrevelius. Hinc forsitan Latinos, haud servata syncope, fecisse puto *cunacula*, *cunabula*, aliaque similia *pinnacula*, *miracula*, *obstacula*. Galli, ut Etrusci, dicunt *miracle*, *ostacle*. Virgilius dixit *oraclum*, Aeneid. Lib. III. vers. 143. -- INVK: VTHTVR: ut supra vers. 4. -- VAPERE vel KAPERE, nam prima littera Ↄ, ut in nomine Herculis Tab. II. apud Dempsterum, sonat K & F; pro varia fortione, quasi KABERE; nam pro B, Etrusci P usurpant. Hinc *Dii Cabiri*, idest *Dii potentes*, ut Varro & Tertullianus explicant. Vide S. Bochartum Geograph. Sacr. Lib. I. Cap. XII. qui de his luculenter. Nos *valide* interpretati sumus, h. e. *potenter*: *Clamate voce maiore*, ut aiebat Elias, irridens cultores Baal, clamantes de mane usque ad meridiem, *Baal*, *exaudi nos*. Regum Lib. III. Cap. XVIII. Hortantur etiam divini Prophetae: *Clamate in caelum*, idest voce maxima. In alia Tabula Pelasgice scripta frequenter occurrit OCRE FISIV: & OCRIPER FISIV: *clamare*, *perclamate*; ut id facerent, Pontifex hortabatur. In eadem Tabula vers. 19. HABITV: redditur *valido*.

8. SISTV: Superius in vers. 2. SEST: addita in principio per prothesin s. Gr. ἵστημι, *adeste propere*, vel, ut dixere Latini, *favete sacris*; quae vox in sacris solemnis. -- SAKRE. Haec vox Etrusca ad Latinos transiit. Gr. ἱερεῖς, *sacri*, qui sacris operantur. -- VVEM, *clamate*. Gr. εὔφω έω, vel φωνέω, *vocifero*. Alterum V post V, ita Ↄ scriptum ab Etruscis, cum aspero sono ita pronunciabatur, ut F quodammodo exprimeret: quod etiam nunc Germani observant in W pronunciatione. -- VTHTVR, ut supra vers. 4. & 7. Ovid. III. Metam. XV.

—— *Plenis tumuerunt guttura venis*.

H 9. TRI-

9. TEITV : PVN : TES : TERKANTVR : INVMEK : SAKRE
Matres *omnes* *ter cantu* (*maiore*) *ululate* (*in*) *sacris*.

10. VVEM : VRTAS : PVNTES : FRATRVM : VPETVTA :
Clamate *Virae* *omnes* *Fratrum* *inauspicata* .

11. INVMEK : VIA : MERS VVA : ARVAMEN : ETVTA :
Vlulate *Filiae* . *dispersa* *clamantes* *arva* . *eversa* .

9. TEITV: *matres* , *nutrices* . Gr. τιθὴ , τιθήνη , *nutrix* ; τιτθὸς , *mamma* : nos vernaculo sermone dicimus *tetta* . Th. τίκτω , *pario* , *gigno* , *creo* . Pontifex maximus , gradatim & cum ordine primum compellat viros , deinde pueros , postmodum matres, deinde virgines , puellas. -- PVN : TES : *omnes*, *universae* . Liquet esse a Gr. πᾶς , πᾶσα , πᾶν ; πάντες , *a* cum *u* commutata . -- TERKANTVR : *cantu ter maiore* ; quia Etrusci ac Pelasgi , per annos tres summas calamitates , rerumque omnium, quae victui necessariae sunt, perpessi fuerant summam caritatem : quod ex Myrsilo Lesbio luculenter testatur Dionysius Halicarnasseus Antiquit. Rom. Lib. I. Huiusmodi voces *ter*, *tris*, *tupler* , *tuplak* , *tripler* , haud raro occurrunt in Tabulis Eugubinis , in usu tum apud Etruscos , tum apud Pelasgos . CANTVR . Saepe Etruscis vocibus in fine additur R , quod & veteres Lacedaemones fecisse exploratum est . Hinc Latinis *cantus*: quam vocem Petrus Nunnesius arbitratur esse ἀπὸ τοῦ χαίνειν , id est *hiare* : hanc vero reiicit Vossius in Etymol. qui potius hanc deducit ex Hebraeorum ac Poenorum lingua . Latini hanc vocem ab Etruscis accepisse videntur . Hinc *Canenae* , postea *Camenae* , *Casmenae* , ex Etruscis cognitae Romanis iam a principio Vrbis . In Tabula Pelasgica vers. 14. PROKANVRENT. *procanant* , magna cum similitudine . Verti etiam potest *ter peremtae* ; a *ter* & καίνω , *perimo* , *occido* : *per annos tres percussae* , *adflictae* . Penes viros doctos iudicium esto. -- INVMEK: Videtur IN adhibitum ab Etruscis ad augendam vocabuli vim , quod etiam nonnumquam Latini fecere : pauca obvia pro exemplis indicare lubet ; *infringo* , *infractus*, *invalesco* , *inclaresco* , *inclytus* , *inspector* . Igitur INVMEK , ut puto, est ab οἰμάζω , *eiulo* , *ploro* : οἰμογὴ , *eiulatus* , *ploratus* ; quasi *perululate* , *perplorate* . Etruscis V est O , & K est Γ. Nos Etrusci patrio sermone dicimus lamentationes & eiulatus, *omei* ; Gr. ὤμοι , *heu mihi* , uti haec Carmina sunt, quae etiam THRENI dici possunt.

10. VVEM : idem significat , ut supra in vers. 8. -- VRTAS : *virae*, h. e. *feminae*. Latini veteres, Etruscorum exemplo , feminas , quas nunc ita dicimus , *viras* adpellarunt : neque immerito, ut observat Ios. Scaliger , ad hunc Festi locum : *Querquetulanae* virae *putantur significari Nymphae praesidentes querqueto virescenti* : & mox : *sed feminas antiqui* . . . . viras *adpellabant* ; *unde adhuc permanet* virgines *&* viragines. Ita & utrumque formant sexum Hebraei : *Is* , vir ; *Issa* , vira ; hoc est *femina* . Superius in vers. 4. VRTES : *viri* ; nam ut diximus a viro *virtus* , quasi *viritus* , per syncopen. Vide Vossii Etymol. in v. *Virtus* . -- PVNTES : ut supra in vers. 8. -- VPETVTA : *inauspicata*. Forsitan V in principio vocis , idem valet ac οὐκ , & οὐ , *non* , apud Graecos . PETVTA a πετάω , *volare* . Ex avium volatu (quas , si opportune praevolarent , secunda praesagientes , *praepetes* ; si vero adversa , *inhibras* dicebant) Haruspices & Augures bona vel mala praesentiebant . De his Festus in voce *Praepetes* : quae ab Etrusca PETVTA , absque negativa , originem habere videtur . Memorantur in alia Tabula Eugubina , litteris Pelasgicis , iisdem ac Latinis, scripta, quam interpretatus est Cl. Bourguettius , aves male ominosae *coturnix* , *cornix* , *pica* & *picus* , quae fulguritae seu tactae fulmine , vel discissae , Augurum ac Fratrum monitu , siccitatem aliasque calamitates maximas portenderunt : quae calamitates in eadem Tabula, ut in hac , ab universo coetu inclamante deflentur : pro re igitur verti *inauspicata* .

11. INVMEK : ut supra vers. 9. -- VIA : Quemadmodum in primo versu FVIA , *filii* ; ita heic VIA , *filiae* , ut arbitror significat : V primum quasi F pronuntiatur. Viget adhuc haec vox apud Venetos , qui filium *fio* , filiam *fia* , vocant. -- MERS : ut supra vers. 6. MERSVS , a μερίζω. -- VVA : *clamantes*, participium videtur ex VVEM , ut diximus supra vers. 8. a Gr. εὐφωνέω , φωνέω . -- ARVAMEN : *arva* : quam vocem Latinos ab Etruscis accepisse , non obscure hinc intelligimus . -- ETVTA : *eversa* : forsitan a πίπτω , *cado* , *decido* , quae *pessum ire* : ve a τύπτω, *verbero* , *pulso* : nos dicimus *le campagne abbattute*, *malridotte* , *andate giù*.

12.

12. ERAK : PIR : PERSKLV : VRETV : SAKRE : VVEM :
desolatum *far* (*nimia*) *ariditate* *uredine* *sacrum* . *clamate* .

13. KLETRA : FERTVTA : AITVTA : ARVEN : KLETRAM :
speciosi *proventus* *desiderati* *in arvis* . *speciosa*

14. AMPARITV : ERVK : ESVNV : FVTV : KLETRE : TVPLAK :
· *camporum* *vastata* *sunt* . *foetus* *speciosi* *duplo*

12. ERAK : ab ἐρημόω, *vasto*, *desertum reddo*, *in solitudinem redigo*, p. ἠρήμωκα, *desolatae sunt* : hinc *eremus*, locus desertus, desolatus. -- PIR : diversum a FVRE, ut supra in vers. 5. PIR. Gr. πυρὸς, *triticum*, *frumentum*. -- PERSKLV : compositum vocabulum ex PER, loco adverbii *valde*, *multum*, quod coniunctum auget vim eius rei quae significatur ; adeo ut hinc suspicari possimus, Latinos accepisse ab Etruscis & Pelasgis exempla componendi voces. Igitur SCLV facile est a σκέω, σκέλλω, σκλῆμι, *durus sum prae nimia ariditate*, per syncopen pro σκελέω. Th. σκέλλω, *exsicco*. In primo versu Tabulae Eugubinae, scriptae litteris Pelasgicis, legitur ESTE. PERSCLO. Cl. Bourguettius interpretatur *istud augurium*. Forsitan melius, *istud siccitatis* (subaudi *augurium*, *indicium*) *aves* fulguritae *coturnix*, *cornix*, *pica* &c. -- VRETV : Etrusci, ut diximus, quum D careant, T eius loco utuntur, adeo ut *uretu*, sit *uredu*. Hinc Latinis *uredo*, morbus herbarum, fruticum arborumque. Vide Palladium Cap. XXXVII. Plin. Lib. XVIII. Cap. XXVIII. qui morbus & lues a nobis dicitur *ruggine*. -- SAKRE, ut supra vers. 8. -- VVEM : ita etiam in vers. 10. Quod in luctuosis calamitatibus fiebat apud Etruscos & Pelasgos, clamante & ululante populo, interiectis clamoribus ad singulos clamores & preces, quae ad Deos fundebantur a Pontifice Maximo ; id etiam, si licet divina cum profanis conferre, fiebat & in luctu & in laetitiae canticis & pro gratiarum actione penes Hebraeos. Leguntur Psalmi, a David divino Vate compositi cum intercalaribus, sicuti Psal. CXXXV. *Confitemini Domino*, *quoniam bonus* ; ad singulas intonationes accinente populo ; *quoniam in aeternum misericordia eius*. Item Ieremiae Cap. XLIX. & in Cantico trium Puerorum Daniel. Cap. II. quid simile ; alia tamen de causa.

13. KLETRA : *speciosi*. Gr. κλητὸς, *inclytus*, *illustris*, *speciosus* : ita quoque in divinis Paginis optima quaeque camporum *speciosa* vocantur. Psal. LXIV. 13. *Pinguescent speciosa deserti*. Item Ierem. Cap. XI. vers. 16. KLATRA Isidis, seu Dianae aut Lunae cognomen, cuius templum fuit in VI. Vrbis Regione, teste P. Victore ; quod Dea sit illustris : quae etiam in vetustis aris FRVGIFERA vocatur. -- FERTVTA : *proventus* : quae fert tellus, a φέρω. Nostra usitata vox cum Etrusca bene consonat, *il portato* ; de frugibus *le raccolte*. -- AITVTA : ab αἰτέω, *peto*, *postulo*, *rogo* : quod vero petitur ac postulatur, valde desideratur. -- ARVEN : supra vers. II. ARVAMEN, ut videtur, ex eo contractum, commutata M in N. Videmus, Etruscos ex hoc aliisque exemplis voces contrahere solitos, uti in nominibus Deorum *Minervae* & *Herculis* dicemus. Id etiam factum a Latinis, Oscorum & Graecorum, adde etiam Etruscorum exemplo, ut notat Tommasinus de Donar. Cap. VII. pag. 66. -- KLETRAM : *speciosa*, ut supra diximus.

14. AMPARITV : Etrusci, ut diximus, P pro B usi sunt ; quasi *ambaritu*, contractum ex *ambarvitu* ; hoc est *per ambitum campi*. *Ambarvale* sacrum non dubito ab Etruscis manasse ad Romanos : in quo *ambarualis* hostia ita dicebatur, quod per ambitum arvorum duceretur in lustratione agrorum, quae quotannis fiebat : ac deinde immolabatur pro annuis frugibus recipiendis. Nos quoque Sacerdotes Domini, statis Rogationum diebus, agros & fruges lustramus. Id apud Etruscos & Romanos faciebant XII Arvales : iidem proculdubio, qui in his Tabulis FRATRES vocantur ; nam Romulus, Etruscorum exemplo, duodecim instituit, teste Plutarcho in eius vita, Gellio Lib. VI. Cap. VII. Macrob. Lib. I. Saturnal. Varrone de Ling. Lat. Lib. IV. Plinio Lib. XVIII. Cap. II. Hoc sacrum Ambarvale eleganter describit Tibullus Lib. II. Eleg. I. atque ita incipit :

Quisquis adest, faveat : fruges lustramus & agros ;
Ritus ut a prisco traditus exstat avo.

-- ERVK : Superius in vers. 12. scriptum ERAK : ut diximus, ab ἐρημόω, *vasto*, *desertum reddo* : vel etiam ab ἐρρίγω, *horreo*, *inhor-*

inhorresco ; nam pro Γ , usurpatur K ab Etruscis , a Pelasgis vero G. -- FVTV : unde Latinis *foetus* , infra FEITV . Puto , hanc vocem notare *uberem proventum* , qui non solum ex agris , verum etiam ex armentis eorumque foeturis provenit . De foetu arborum , pecudum , apum &c. sexcenta apud Latinos exempla occurrunt . -- KLETRE : ut supra in vers. 13. -- TVPLAK : pro Δ seu D invaluit T , apud Etruscos , ut supra TVPLAK , a Gr. διπλόος , διπλάσιος , *duplo maior* .

15. PRVMVM : ANTENTV : INVK : VTTHVERA : ENTENTV :
malo exstremo subversi (sunt) . clamate gutturibus . eversi (sunt)

16. INVK : KAVI : FERIME : ANTENTV : ISVNT : FERETHTRV :
clamate . exustione optima subversa sunt . proventus

17. ANTENTV : ISVNT : SV : FERAKLV : ANTENTV : SEPLES :
subversi sunt . arbores feraces subversae sunt plus

18. ATHESNES : TRIS : KAVI : ASTINTV : FERETHTRV : ETRES : TRIS
annos tres . exustione exstincti proventus . alterati tres

15. PRVMVM : superius in vers. 3. PRVMV. -- ANTENTV ab ἀντάω , *contra eo* , quae in deterius eunt . -- INVK : VTTHVERA : in vers. 7. INVK : VTHTVR . Studiosissimos variae scripturae & lectionis fuisse Etruscos hinc colligimus : quod elegantiae causa fecisse haud est inverisimile . Id tamen potius factum puto , quia hanc Tabulam suspicor continere CARMEN LAMENTABILE , & metro ac rythmo quodam compositos esse versus ; nam eaedem voces frequenter & protrahuntur , & contrahuntur , quod metri causa fieri solet . Perspicuum etiam est ex hac voce A q Ǝ d Θ † d . *utthuera* , litteram d esse v , quod nunc primum observare contigit ; nam credebam esse q inversum .

16. KAVI : a Gr. καίω , *uro* , *exuro* : καῦσις , *exustio* : καῦμα , *aestus* , *incendium* . Hebraeis כוה *cava* est *exurere* , ut Graecis καύειν , vel καίειν , & כי *ci* , vel כויה *cevija* , *exustio* . Vide Samuelem Bochartum Geograph. Sacr. Lib. I. Cap. XIV. pag. 407. -- FERIME : *optima quaeque* ; id est , quae fert tellus ad alendam vitam bona . Gr. φέριστος , *optimus* , a φέρω . Propheta Aggaeus idem exprimit , describens immissam a Deo sterilitatem in populum Iudaeorum . Cap. I. vers. 10. *Propter hoc super vos prohibiti sunt caeli , ne darent rorem , & terra prohibita est , ne daret germen suum : Et vocavi* SICCITATEM *super terram , & super montes , & super triticum , & super vinum , & super oleum , & quaecumque* PROFERT *humus , & super homines , & super iumenta , & super omnem laborem manuum* ; adeo ut *caelum aheneum* fuisse dicatur . -- ANTENTV : ut supra vers. 15. idem ac ENTENTV . -- ISVNT : interdum etiam ESVNT . ESVNV . ESVNE . Latinorum vetustissimi , ut diximus , fecere verbum *sum* , *essum* , tum ab εἰμὶ Graeco , tum ex Etrusco . -- FERETHTRV : a φέρω , quae fert optima tellus : hoc est *reditus* , *proventus* ; eo quod singulis annis , ferente terra , redeant & proveniant : nos *le raccolte* , *le rendite* . Iuppiter , ut hinc colligitur , Etrusca voce *Feretrius* a Romanis adpellatus est , quod arma & opima spolia hostibus capta , ad eum victores in ferculo ferrent , atque in eius templo suspenderent statuerentque ; quod Romulus fecit , teste Livio .

17. ANTENTV : ISVNT : ut antea exposuimus vers. 15. & 16. -- SV : Gr. ὕλη , *arbores alimentariae* , *ligna fructifera* , Latini ex hac voce Etrusca dixere SVLVA , *Silva* . Vide etiam adnotata in Vol. II. huius operis pag. 314. -- SE , arbitror esse a verbo εἰμί . In vers. 19. infra , pro SE , est SV . -- PLES . Gr. πλεῖον , Poëtice πλεῦν . Thema πολὺς ; unde Latini *plus* , Etrusci *ples* .

18. ATHESNES : Addunt vocibus Etrusci in fine , ut in hac NES , in aliis MEN , vel etiam , ut vidimus , in principio , ATHES . Gr. ἔτος , *annus* . Circa imaginem mulieris , Herculem apotheosi donantis , ut in patera Etrusca apud Dempsterum Tab. II. scriptum est Ƨ I O Ǝ . *Ethis* . quasi AETAS designetur , sive *Aevum* , *Aeternitas* . -- TRIS : Gr. τρεῖς . Vtrum sit melius scribere ac dicere *tris* , an *tres* , Gellius disquirit , Lib. XIII. Cap. XX. quem vide . Ex Etruscis exemplum veteres Latinos desumsisse videmus , qui scripsere TRIS . -- KAVI : Eadem vox supra in vers. 16. -- ASTINTV : Congruit cum hac vox Latina *exstincti* . Nos quoque Tusci patrio sermone dicimus *estinto* , & *stinto* apud vetustiores

Scri-

Scriptores, & maxime Poëtas. Arbitror ASTINTV deduxiſſe ab ἵσαμαι, *ſto*, ἵσημι, *ſtatuo:* quae autem *ſtant*, eadem etiam vigent, florent, vita motuque vivunt: & praepoſuiſſe, ut ſupra monebam, negativam A. & ut auribus conſulerent, vel elegantiae cauſa, Ƨ. poſt A ſubiecere: & ut infra, etiam aliquando N, ASTINTV. ANSTINTV, ut noſtri maiores dixere *acciſo*, & *anciſo*, pro *ucciſo*. Igitur ASTINTV valet, quaſi *non ſtantes:* adeoque *deleti*, *exſtincti*, i. e. *proventus*, *reditus*. VQ1⊗ƎqƎ8. FERETHTRV. Idem ac ſupra verſ. 16. -- ƧƎqYƎ. ETRES. In Tabula Eugubina ſaepius citata, quae eſt VI. apud Dempſterum, verſ. 38. & 41. ſcriptum eſt Pelaſgice ETRV. Cl. Bourguettius vertit *alterati*, ut puto, ab ἑτερόω, *altero:* inde ἑτέρωσις, *alteratio*. -- TRIS. Ita etiam, ut ſupra, in eodem verſu.

19. ATHESNES : ASTINTV : SV FERAKLV : TVVES : ATHESNES
annos . exſtinctae arbores feraces fumantes . (per) annos

20. ANSTINTV : INENEK : VVKVMEN : ESVNVMEN : ETV : AP
exſtinctae . ululatae . fugatae ſunt . tempore ab (illo)

21. VVKV : KVKETHES : IEPI : PERSKLVMAR : KARITV : VVKE : PIR
fugerunt fructus annui pingues . perſiccata (ſunt) dona . fugit far .

22. ASE : ANTENTV : SAKRE : SEVAKNE : VPETV : IVVEPATRE
arae everſae (ſunt) ſacrae . tua neceſſaria ſumme Iovis Pater

19. ATHESNES : ut ſupra verſ. 18. -- ASTINTV : quae vox ſaepius occurrit. -- SV FERAKLV : ut ſupra verſ. 17. -- :ƧƎƆV1 TVVES : quia Ɔ ita efferebant aſpero ſono, ut F, ut puto, a τύφω, *inflammo*, *eneco*, *fumum edo*. Arbores fructiferae adeo aeſtu inflammatae erant, ut fumum quodammodo edere viderentur. Poteſt etiam eſſe a τύπτω p. τέτυφα, *percutio*, *verbero*, *contundo*. -- ATHESNES, *annos*, indefinite, longum tempus ſignificat. Terentius: *Dum moliuntur*, *dum comuntur*, *annus eſt*. Etiam nos hodie dicimus, *ſtanno un anno*.

20. ANSTINTV : ut ſupra verſ. 19. -- :ꓘƎИƎИI-INENEK : hic variat; ſuperius verſ. 8. & II. INVMEK. -- Sequitur. :ИƎMVИVƧƎ : ИƎMVꓘVƆ ; hoc eſt VVKVMEN : ESVNVMEN : *fugatae ſunt :* φυγή, *fuga*, ut in 3. verſu : MEN, additum in deſinentia : nos patrio ſermone dicimus *ſono ſparite via*. -- ETV : AP. hoc eſt *ab etu*. Gr. ἔτος, *annus ;* tempus definitum pro indefinito. Obſerva etiam hyperbaton, *tempore ab*.

21. VVKV : *fugerunt*, a φεύγω. -- KVK, Gr. κοῦκι, *fructus arboris*, quaſi a κίκυς, *robur*, ut obſervat Schrevelius. Ab Etruſca hac voce, vel etiam a Graeca, originem habere videtur *cuccagna*, ut nos dicimus, pro copia omnium rerum. Hinc etiam nos dicimus *cocco*. -- ETHES : In linea 20. ETV: numeri multitudinis ETHES, *annui*, nos *delle ſtagioni*. -- IEPI : ut opinor, *pingues*, πίων, *pinguis*. Ex hac voce Etruſca forſitan Latinis *adeps*. -- PERSKLVMAR : In fine additum MAR. idem valet ac ſuperius verſ. 12. PERSKLV, a σκλέω, σκέλλω, *indureſco prae nimia ariditate*. -- :V1IqAꓘI. KARITV : Gr. χάρισμα, *donum*, quo quis gratificatur. Nos Tuſci dicimus *carità*, quod valet donum, & id quod donatur. Quae bona Deus facit, eademque bona, quae in ſacris Deo offeruntur, *dona* dicuntur : *de tuis donis ac datis*. *Donum Dei* habes apud Q. Curtium Lib. VII. Cap. X. 14. Plura habes de hac voce apud Iuſtum Fontaninum Archiep. Ancyr. in Diſcum Chriſt. vot. Cap. VIII. VIIII. X. χαριστήρια, *dona*, *munera*, *vota*. Vide I. Ph. Tomaſinum de Donar. Cap. I. Galli *dare* dicunt *donner*. -- VVKE : PIR, ut ſupra verſ. 12.

22. ASE : *Fatum*, *Sors*. Gr. Αἶσα. *Parca*. ita quoque dicta, quia, ut notat Schrevelius, ἀεὶ ἴση *ſemper aequalis:* eadem ac Mors, quae *aequo pulſat pede pauperum tabernas regumque turres*, ut canit Horatius. ASE, Etruſca vox, poteſt etiam eſſe compoſita ex A negativa, & ἴσος *aequalis* q. *inaequalis*, quod non agat aequo iure *Fatum*, *Sors*, *Fortuna*, quae nonnumquam bonis adverſatur, malis favet, ut Ethnici putarunt. Fatum Etruſci poſt Iovem ponebant. Vide Servium in Virgil. Lib. VIII. verſ. 398. AESAR, Etruſcorum lingua, ita *Deus* vocabatur. Vide Suetonium in Auguſto Cap. XCVII. AESI. Αἴσοι, *Dii*. Heſychius : Αἴσοι, Θεοὶ ὑπὸ Τυῤῥηνῶν. Quia vero veteres, teſte Feſto, in voce *Arborem :* & Quinctiliano Lib. I. Inſtit. Cap. XV.

Cap. XV. forſitan Etruſcum ASE valet ARE, hoc eſt *arae*, R in S commutata; ideoque ASE : ANTENTV : SAKRAE : verti poteſt : *arae ſubverſae ſunt ſacrae*; nimirum, deficientibus primitiis frugum, farre exuſto ob nimiam ſiccitatem, Iovi Patri ſacra rite, & conſuetis donis puris ac intaminatis, conſuetiſque oblationibus fieri non poterant : quod dicit Pontifex, ut Iupiter ad miſericordiam magis excitetur. Ex Feſto, Tuſcorum lingua, ARSE, *averte*; VERSE, *ignem* ſignificat : quae hoc loci minime quadrant. Igitur praetulerim *arae everſae ſacrae*, potius quam referamus ad *ſegetes fato everſas ſacro*. SAKRE : an cum ſequenti SEVAKNE cohaeret; forſitan potius cum ASE, atque eodem ſenſu, ut apud Virgilium, alioſque Poëtas paſſim arae *ſacrae* vocantur. -- SEVAKNE: Vox ex duabus compoſita, vel ita diſpeſcenda SEV AKNE. Eſt SEV idem ac σεῦ, Dorice σοῦ, *tui*, a σὸς, σὴ, σὸν; σὰ, *tua*. AKNE, Gr. ἀνάγκη, & Dorice ἀνάγκα. Eſt etiam *Neceſſitas* Iovis filia, cuius filiae ſunt Parcae, de qua Plato in X. de Rep. ſed propter ea quae ſequuntur, non puto hanc indicari : neque etiam a Gr. ἀγκὴ, *brachium*, quaſi Fatum dicatur Iovis brachium, quo omnia temperat & moderatur. *Manus Dei* pro flagellis, plagis & calamitatibus ſaepe numero figurate ponitur in divino Volumine; ſed haec minime ad rem. -- VPETV : Iovis cognomen apud Etruſcos, a Gr. ὕπατος, *ſummus*; contracte ἀπὸ τοῦ ὑμέρταῖος, penes quem ſumma eſt poteſtas : atque ita a Graecis vocati Romanorum Conſules. -- IVVEPATRE. Hinc Latinis IVPITER, hoc eſt IOVIS PATER; ut Dieſpiter, *lucis pater*: Marſpiter, *Mars pater*. Gellius N. A. Lib. V. Cap. XII. Iovem *Latini veteres a* iuvando *adpellavere : eumdemque, alio vocabulo iuncto*, patrem *dixere; nam quod eſt in eliſis aut immutatis quibuſdam litteris*, IVPITER; *id plenum atque integrum eſt* IOVISPATER. Etruſci nulla cum interpunctione ſcribunt ƎⱭ⊣A⅂ƎƆVI *Iuvepatre*, hoc eſt *Iovis pater*. Vide etiam Varronem de Ling. Lat. Lib. VII. Gr. Ζεὺς, Διὸς, vocativus ὦ Ζεῦ.

23. PRVMV :	AMPENTV :	TESTRV :	SESEASA :	FRATRVSPER
calamitatem	*averte* .	*dexter*	*tua ſerva*	*Fratres per*

24. ATITERIES :	ATHTISPER :	EIKVASATIS :	TVTAPE :	IIVVINA
Sacerdotes	*Patres per*	*adparentes*	*totam per*	*iuventutem*

23. PRVMV : ut ſupra verſ. 3. & verſ. 15. PRVMVM. -- AMPENTV. Per ſyncopen a Gr. ἀποπέμπω. Heſychio ἀποπομπεῖν, procurare ſeu depellere prodigia, aut quicquid nociturum putatur. Erant ἀποπομπαὶ, eodem Heſychio teſte, ſtati dies, quibus ſacrificabatur Diis, qui ἐπιπομπαῖοι vocabantur. Latini hos Deos dixere *Averruncos*, quorum Etruſcas imagines, habitu Propugnatorum & Defenſorum vibrantium haſtas, infra adferimus. Varro de Ling. Lat. VI. 5. *Avertendo averruncare; ut Deus, qui meis rebus praeeſt*, Averruncus. *Itaque ab eo precari ſolent, ut pericula avertat*. Gellius Noct. Attic. Lib. V. Cap. XII. *In iſtis autem Diis, quos placari oportet, uti mala a nobis vel a frugibus natis amoveantur*, Arungus *quoque habetur, &* Robigus. Hercules Ἀπομυιὸς dictus, quia muſcas arcere credebatur. Vide Clementem in Protreptic. Eodem epitheto inſignitus etiam Iupiter. Vide Pauſaniam in Eliac. prior. Cap. XIIII. Sed, ut arbitror, AMPENTV, facile ut fit, litteris commutatis, eſt idem, ut ſupra pluribus in locis, ANTENTV. -- TESTRV : *dexter*; nam, ut diximus, Etruſci T utuntur pro D. vel etiam *dextera tua*. Dexterae Dei, auxilia & bona tribuuntur in divinis Litteris. Dextra Etruſci paciſcebantur, & feriebant foedera : ita etiam nuptiae celebrabantur : dextris datis iunctiſque hoſpites excipiebantur, quia fidei ſacra dextera habebatur. Dextra Dii Etruſcorum pateras tenent; quia dextra ſalutaris eſt, in auxilium hominum parata; ideoque per dexteram Deos orabant rogabantque. Denique *dexter* idem valet ac *propitius*, *favens*, *beneficus*. Virgil. Aeneid. Lib. VIII. verſ. 61.

Et nos, & tua, dexter adi pede ſacra ſecundo.

-- SE, ut diximus verſ. 22. in SEVAKNE, *tua*. SEASA : a Gr. σάω, σαώζω, σώζω, *ſervo*, *conſervo*, *ſoſpito*, *ſalutem & incolumitatem do*. Iovis cognomen SOSPITATOR : item apud Graecos Σωτὴρ, *Servator*, *Conſervator*. -- FRATRVSPER : id eſt *per Fratres*; tranſpoſitum PER elegantiae cauſa, quod tum ab Etruſcis, tum a Pelaſgis frequenter factum obſervare poſſumus.

24. ATITERIES : Gr. ἱερέες. In Tabula Eugubina, Pelaſgice ſcripta, legitur

ATIIERIVR. Bourguettius interpretatur *Pontificum*, Gr. ἱερέων. Cur vero Etrusci praeponant ATIT, Pelasgi ATI. investigandum est. Etrusci, ut saepe monuimus, T pro D utuntur; igitur ATIT, hoc est *adid*, *adit;* hinc *aditus*, Gr. ἄδυτον, Latinis *adytum*, locus templi secretior, ad quem nonnisi Sacerdoti dabatur accessus: & interdum *penetrale* dicitur. Virgilius Aeneid. Lib. II. vers. 60.

Aeternumque adytis effert penetralibus ignem.

Igitur ATITERIES, *templi Pontifices*, *Sacerdotes* esse videntur. -- ATHTISPER: Si postremam PER praeponas, erit PERATHTIS. Gr. ἄττα, *pater;* ita seniores a iunioribus vocantur: id est *per Patres*, qui forsitan Senatum constituebant. Centum elegit Romulus, forsitan Etruscorum exemplo, quos Patres vocavit: & hi maiorum & minorum gentium fuere. Igitur duplicem forsitan ordinem memorat, *sacrum* & *politicum*. -- EIKVASATIS: In duo divido, EIK, Gr. ἥκως, *aeque*, *aequaliter:* VASATIS, ex Gr. φαινω, ut mox dicam, *adpareo*. -- TVTAPE: IIVVINA: In Tabula Eugubina Pelasgice scripta, ut & heic, saepe TOTAPER. IIOVINA, & TOTAPER. IIOVINAM: *per totam iuventutem*, ut & Ludovicus Bourguettius interpretatur. *Iuventus* in vetustis inscriptionibus saepe nominatur; quae ordinem quemdam habuit post Patres sive Decuriones, & in sacris faciendis atque in publicis officiis locum habuit.

25. TREFIPER : IIVVINA : TIVLV : SEVAKNI : TEITV:
alumnam per *Iuventam* . *produc* *tua necessaria* *alimenta* :

26. INVMEK : VVEM : SEVAKNI : VPETV : PVEMVNE:
Vlulate *clamate* . *tua necessaria* *summe* *Pastor*

27. PVPRIKE : APENTV : TIVLV : SEVAKNI : NARATV
publice *depulsor* . *produc* *tuam necessariam* *nardum*

25. TREFIPER: *Per* praepositionem non praeponunt, sed postponunt tum Etrusci tum Pelasgi. TREFIPER, *per alumnam*, a verbo τρέφω, *nutrio*. In Tabulis Eugubinis Pelasgice, hoc est litteris, quas Latini a Pelasgis accepere, scriptis, perquamfrequenter occurrit OCRIPER. FISIV. hoc est *perclamarunt ;* ut vertit Cl. Bourguettius. -- IIVVINA: ut supra in versu antecedente: hinc Latinis *iuventa*, *iuventus*, *iuvenis*. Nos quoque Itali *gioventù*, *giovine*, *giovane*. Omnes aetatum ordines ita complexus est etiam regius Psaltes CXLVIII. *Iuvenes & virgines*, *senes cum iunioribus laudent nomen Domini*. -- TIVLV: Diximus ad vers. 15. quod 𐌃 est V consonans cum aspero sono, quasi F. Gr. τίφη, τίφος, *frumentum*, vel etiam composita vox ex TI & VLV. Gr. ὕλη non solum *materiam*, *ligna*, *silvam*, sed etiam *alimenta* sigificat; sed puto esse verbum, a τηλεθάω, *germino*, *floreo ;* θάλλω, vel quid simile, quod alii melius iudicabunt. -- SEVAKNI, ut supra vers. 22. SEVAKNE: *tua necessaria*. -- TEITV: *alimenta*, quae dat terra rerum omnium parens: Gr. τιθὴ, *nutrix :* τιτθὸς, *mamma*, *alimentum :* ita etiam vocatur tellus, quod quasi nutrix homines alat & nutriat.

26. INVMEK: VVEM: SEVAKNI: ut supra diximus ad singula. -- VPETV: *summe*, ut paullo ante in vers. 22. In aris Romanorum perraro occurrit Iupiter cum cognomine SVMMVS: duas adfert Sponius in Miscell. Sect. III. pag. 71. & 72. Eo utitur Virgilius, Etruscarum antiquitatum consultissimus. -- PVEMVNE: Gr. ποιμήν, *Pastor ;* ποίμνη, *grex ovium*. Reges in sacris Litteris *Pastores* vocantur. Item apud Homerum Iliad. Lib. I. Ποιμενὴ λαῶν. Deus quoque Pastor. David Psal. XXII. *Dominus regit me*, *& nihil mihi deerit : in loco pascuae ibi me collocavit :* Gr. textus: Κύριος ποιμαίνει με. *Dominus pascit me :* quod mihi suggessit V. C. Io. Lamius, dum hanc meam interpretationem ei legerem. Psal. XCIV. *Nos autem populus eius*, *& oves manus (pascuae) eius*. In Praefatione divini Sacri: *Vt gregem tuum*, *Pastor aeterne*, *non deseras*. In Tabula Eugubina Pelasgice scripta, Iupiter GRABOVIE, hoc est *potentissimus* cognominatur, eiusque *pastoralis virga* memoratur.

27. PVPRIKE: Ex hac Etrusca voce Latinis *publice*, & *publicus*, *a*, *um*. Priscam huius vocis pronunciationem adhuc servant Tusci rustici, qui dicunt *puppri-co*, *puffrico*, & *pubbrico*. Villanius & Boccaccius habent *piuvico*. Aliter vero Graeci, κοινῇ, δημοσίᾳ. -- APENTV: ut puto, voca-

vocativus casus, ut VPETV: originem habet ab ἀποπέμπω, de quo supra ad AMPENTV. vers. 23. Interpretatus sum DEPVLSOR: quod cognomen Iovi tribuitur, ut in ara votiva penes Gruterum pag. XX. 3. & in nummis PROPVGNATOR. -- SEVAKNI: ut supra vers. 22. -- NARATV: hoc est *naradu*. Lat. *nardum*. Eadem vox legitur & in votiva Tabula Lerpirii: item in Tabula Eugubina Pelasgice scripta, quas vertit Cl. Bourguettius; & quidem pluribus in locis vers. 22. 56. 59. Iovi Potentissimo nardus fruticum odorosissima commendatur, quia in sacris adhibebatur offerebaturque in altari cum aliis donis, adipe, tritico, cum placentis frumentaceis frixis, & cum primitiis frugum, uti ex eadem Tabula colligitur. Dubium est, utrum fruticem nardum, de qua Plinius Lib. XII. Cap. XII. & Lib. XVI. Cap. XXXII. an vero unguentum nardinum intelligere debeamus, de quo idem Plinius Lib. XIII. Cap. I. Vnguenta Diis donabantur, iisdemque simulacra eorum inungebantur. De Genio Tibullus Lib. II. Eleg. II. vers. 7.

Illius puro distillent tempora nardo.

Puto tamen potius indicari nardum herbam, quae siccitate exaruerat; cuius eversio Iovi proponitur, ut facilius ad misericordiam excitetur. Herbae & frutices in Etruscis vasculis circa Deos, & sub pedibus eorum velut enati, saepe picti visuntur.

28. IVKA MERSVVA : VVIKVM : THAFETV : FRATRVSPE
heu dispersum officium vide per Fratres

29. ATIIERIE : ATHTISPER : EIKVASATIS : TVTAPER
Sacerdotes per Patres adparentes totam per

30. IIVVINA : TREFIPER : IIVVINA : SAKRE:
Iuventam alumnam per Iuventam sacram.

31. VATRA : FERINE : FEITV : ERVKV : ARVVIA : FEITV : VVEM
Vivifica armentorum foetus desolatos arvorum foetus clamate.

28. IVKA. Gr. ἰοὺ, *hei*, *heu*. ἴυγη, *ululatus*. ἰύζω, *lamentor*. -- MERSVVA: a μερίζω, *disperdo*, *divido*, *discindo*. -- VVIKVM: Etrusci V pro O utuntur: & ℑ tamquam F pronuntiabant; quare VVIKVM q. *ufikum*, Latini ex Etruscis fecere *officium*: nos *ufficio* & *officio*. In Threnis Ieremiae Cap. IV. 2. *Dispersi sunt lapides Sanctuarii*, hoc est Sacerdotes. *Filii Sion inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea* &c. -- THAFETV: a Gr. θήπω, *specto*, *admiror cum stupore*. In Threnis Ieremiae: *Vide Domine & considera; intuere & respice*. Item: *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte*. -- FRATRVSPE. Sculptor huius Tabulae spatiis exclusus iniquis, ꟼ i. e. R reliquit, lege ꟼ∃ꟼ2VꟼYꟼꟼꟼ, FRATRVSPER.

29. ATIIERIE: ATHTISPER: ut supra in vers. 23. & 24. EIKVASATIS. Compositum videtur ex εἴκω, *cedo*, vel ex adverbio εἰκότως, *similiter*, & φαίνω, *adpareo*; quia Sacerdotes templi sacris adparebant in unum, & per suas vices: φάσις, *adparitio*, ut adparitio Lunae: *Phase* Hebraeis est *transitus*.

30. Nil dico ad singulas has voces, quum de iisdem nonnulla superius adnotaverim.

31. VATRA: q. FATRA, compositum ex φάω. φῶς, φότος. *lux*, *lumen*: & τρέφω, *nutrio*, *alo*. Vertendum videtur *vivifica*. Lumen pro vita accipitur. φῶτα non solum *lumen*, sed & *virum* significat. Vide Macrobium Saturnal. Lib. I. Cap. VII. In vetusto lapide a me edito Par. II. Inscr. ant. Etrur. pag. 394. num. 68. LVMEN. (i. e. *vitam*) QVOD. ACPI: (*accepi*) REDDIDI. -- FERINE: *armenti*: φέρει ὄνησιν, quod *ferat emolumentum*. Virgil. Aeneid. Lib. I. vers. 215.

Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinae.

Ferae omnes sunt quadrupedes. Vide Servium ibidem. Gr. θήρειον. Lat. *ferina*. -- FEITV: pro terrae, & gregum armentorumque proventu. Hinc Latinis *foetus*. Dicitur, ut etiam ex hac Tabula liquet, universim tum de partu animantium, tum inanimantium. -- ERVKV: Vt supra vers. 12. ERAK. vers. 14. ERVK; at hic additur V. -- ARVVIA: Vt supra vers. 11. -- VVEM: Vt supra: crebra ad clamandum & vociferandum adhortatio. Ieremiae Cap. XXXV. vers. 24. *Vlulate pastores, & clamate*.

32. PE-

32. PERAEM : PELSANV : FEITV : ERERЕK : TVVA : TEFRA
Adſpira matura foetus conſolida . tuos pauperes

33. SPANTIMAR : PRVSEKATV : EREK : PERVME : PVRTVVITV
penuria laborantes intuere . ſolida profer frumenti copiam .

34. SVRVVLA : AR . VEITV : MVMEK : ETRAMA : SPANTI : TVVA TEFRA
Sirium ſubtrahe ab foetibus . epulas (offeremus) trementes . omnes tuos pauperes

32. PERAEM : Compoſitum ex *per* , ut diximus , pro *valde* , & ἄημι , *flo* , *ſpiro* . Virgilius Aeneid. Lib. IX. verſ. 525.

Vos , ô Calliope , precor adſpirate canenti .

Servius : *adſpirate* , hoc eſt *favete* ; ut , *Adſpirat primo fortuna labori* : metaphora deſumta a proſpere navigantibus , vento favente . -- PELSANV : Forſitan a πέλω , πελάω & πιλάζω , *appropinquare facio* . πέλας , *prope : perduc ad finem* , hoc eſt *ad maturitatem fructus* . -- ERERЕK : ut puto , ab ἐρήδω , *firmiter fulcio* . p. ἤρεικα : ἔρα , *ſtabilimentum* , *fulcimen* , *conſolidatio* ; quia omnes terrae foetus ad optatum finem non perveniebant propter maximam ſiccitatem . -- TVVA : In Tabula Pelaſgice ſcripta , eadem vox TVVA occurrit verſ. 40. PASE . TVVA . hoc eſt *pace tua* , ut explicat Bourguettius . -- TEFRA . Verto *pauperes* . Germani , noſtra Tuſca lingua utentes , pauperes dicunt *pofre* ; pauperculos *pofrette* . In Inſcriptione Pelaſgica Lerpirii apud Oliverium pag. 22. FOVFER . Bourguettius vertit *pauper* ; Etruſci TEFVFERA , per ſyncopen , & variatis litteris , TEFRA . Gr. τέφρα , eſt *cinis* . τεφρύω , *in cinerem redigo* ; ad extremam paupertatem declarandam , qua phraſi divini etiam Vates utuntur . Iob Cap. XXX. verſ. 19. *Aſſimilatus ſum favillae & cineri* : & ad humilitatem declarandam S. Hieronymus Lib. I. Epiſt. IV. *Ego cinis & favilla* .

33. SPANTIMAR : Forte a σπανίζω , *penuria laboro* : σπανία , *penuria* : nos , hominem , penuria rerum laborantem & miſerum , dicimus *ſpiantato* ; metaphora deſumta ex arborum eradicatione , quae terrae carent alimento . -- PRVSEKATV : Gr. προσέχω ; *animum adverto* , ac proinde *inſpicio* , *reſpicio* , *conſidero* . Ita & frequenter Deum precantur divini noſtri Prophetae . Ieremias in Threnodia : *Vide , Domine , afflictionem meam , & conſidera* . -- PERVME : Facile P pro F . ut ſit *ferume* , a φέρω , *profero* , *confero* . Supra in linea 16. FERIME . -- PVRTVVITV . Vox compoſita ex duabus : altera PVR . Gr. πυρός , *frumentum* : ſupra ſcriptum eſt PIR in verſ. 21. quae vocales facile commutantur : altera TVVITV quaſi TVFITV . a τίκτω , *pario* , *gigno* , *creo* . eſt etiam τίφη , ut diximus , *frumentum* . noſtrum belle reſpondet *la portata* : nempe ſegetum & frugum foetus , copiam .

